

Q. 183.

X 1976176

III, 5

Ve  
1064

ÆTERNO AVXILIANTE NVMI  
CONSENTIENTE

Magnifico & Nobilissimo Jcto-  
rum Ordine

In Illustrissimâ Leucoreâ

PRÆSIDE

V I R O

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo

DN. HENRICO COSELIO

de Pezlinovez, Jcto & Antecessore famigera-

tissimo, Curiz Electoralis, Scabinatus & Facultatis Juri-  
dicæ Assessore gravissimo,

Præceptore, Patrono, & Promotore suo  
etatem devenerando

De

GERADA

Qualem in his provincijs repræsentet speciem

Ad d. V. April.

horis antemeridianis

In Auditorio Jctorum

publicè disputabit

WITTFRZED HAZDENREZCH

Gränitziô-Misnicus

AUTOR.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

ANNO MDC LVI.



STANNO ANXIIANTE MANINE  
COMENENTIVE

Magister & Nobilissimo Jcto

in  
FRAZIER

DELLA  
COSTITUI

colloquio Jcto & necessitate

OUTOCTO

GERARDA

Quinta

di

COZZI

AVTOR

LIBRARY  
MUSEUM

THE LIBRARY  
MUSEUM

D  
E  
ca  
no  
ne  
N  
fr  
lu  
ru  
A  
qu  
H  
qu  
at  
Te  
na  
in  
D  
P  
S



Ad  
Eximium

Dn. RESPONDENTEM.

**H**uius terror & horror Univerſi,  
Magnus Rex Macedum, Jovis penates  
calcans, irrefolubiles videbat  
nodos, inciperet nec unde nexus  
nec quo conderet ipſe ſe, notabat.  
Nequicquam ratione, lynceog;  
frontis lumine cum latente nodo  
luctans, mox gladiis inexplicata  
rupit omnia lora vinculorum.  
Atq; ſic Aſia potius ampla eſt,  
quod prædixerat ante turba Vatum.

At quid Eunomies alumne ſollers,  
**HAIDENREICHE**, Tibi boni ominabor,  
qui nodos nimium graves Themistos  
atq; anigmata ſolvis arte Legum?  
Te ſummum Decus utriusq; Juris  
naſturum ex merito laboris olim  
intenti ominor augurorq; certus.

PRÆSES:

Ad eruditè doctum  
Dn. **GODOFREDUM** Haidenreichen/

Auditorem ſuum indefeſſum.

**T**u, qui laudis iter calcas, ô Optime Amice,  
Perge, nec ullius dicta Siniftra time.  
Perge, & jucundos Themidos ſcrutare recessus,  
Celfaque Virtutis ſcandere perge juga.  
Sic amplos olim fructus, hauſtique laboris  
Præmia, ſi perſtas, indubitata feres.

Samuel Ritter/D.  
Eq

GD steiget / liebster Freund / auff die gelehrte bühne  
Vnd legt der Nistel aus / was zur Gerade diene;  
Vielleicht trägt Ewer Fleiß euch solche lohnung ein  
Wo nicht / so soll der danck vom Heergewette seyn.

Sonnet

seinem Vielgeehrten Freunde

Joh. Carl Just D. R. B.

Sonnet.

(a) Democri-  
tus. Valer.  
Max. lib. 8. c.  
7. Sect. 4.

Ob jener weise Griech (a) in Kunst-beliebtem breñen  
Auf seinem Bittenbergk viel Jahre zugebracht /  
Doch wurd in solcher zeit ihm noch nicht kund  
die Macht

Der Stadt und was sie war / und wolte niemand  
kennen:

Nun soltestu uns auch ein solches Wunder nennen  
Athen / du unsre Zier / du unsers Elb-Strands  
Pracht /

Dein Zeugnis würdestu ohn allem vorbedacht  
Gerachte der Gerad und ihrem Meister gönnen.

Wie / red' ich den zuviel / Gelehrter Haidenreich?

Du setzt dem Adeln zu die Tugend und zugleich  
Die Rechts = Erfahrung. Ich bringe nicht drey  
Kronen /

(b.) Scil. pri-  
mo prima In-  
dictionis lu-  
stro dabatur  
ferrum, ar-  
gentū secū-  
do, tertio as-  
tum.

Nach alter Kröhnungs art / vom Eisen / Silber /  
Gold / (b)

Dehm seinen urprung gab der erste Römer-Gold  
Dir müssen Lorber-laub / Cypressen / Palmen lohnen.

An seinen Herrn Stubengesellen / und viel-  
vertrauerten sehr werthen Freund

Daniel Ferber / von Zwickau /  
Beyder Rechten ergebener.



FOVENTE ET FAVENTE  
DEO!



**V**tut in multis juris nostri articulis deterior sit conditio foeminarum quàm masculorum, attestante Jcto Papiniano in *l. 9. ff. de stat. homin.* quo de & ipsum jus nostrum loquitur satis, & ex eò saltem, quod nobilissimis patriæ potestatis effectibus careant, ab omnibus officijs civilibus vel publicis remotæ sint, cuius in proclivi videre est: in multis tamen contrà jura ipsis succurrere atque subvenire notius est, quàm ut ignorari, clarius quàm ut obscurari queat. Idque non ob amorem & honorem, quo Legislatores suas miserè amplexos esse uxores ex luculentissimis documentis §. *ult. Inst. de Vsup. Novell. 8. c. 1. l. 41. pr. ff. de legat. 3. l. 19. §. 1. ff. de ann. legat.* constat, sed ob fragilitatem *l. 2. §. 2. ff. ad SCt. Vellejan. l. 27. C. eod. Constit. Elect. 15. verb. ausmangel gutes Nahts und bedachts / p. 2. oblequia, quæ maritis præstant, partus periculum, & ipsam liberorum procreationem.*

A

nem.

nem. l. 12. §. 1. C. qui potior, in pign. Nolo hic longum ejus rei texere ordinem, & exaggeratâ oratione recensere, quo plenissimo favore mulieribus in intercessionibus per S. C. tum Vellejanum l. 1. §. 2. §. t. t. ff. §. C. ad S. C. t. Vellej. in repetitione dotis & bonorum illatorum per l. 12. C. qui potior, in pign. N. G. D. tit. 43. in obligationibus tam extrâ quàm in judicio ineundis per auctoritatem curatorum Land X. lib. 1. art. 44. §. 46. lib. 2. art. 63. Constit. Elect. 15. p. 2 in successio- nibus per dotalitium Const. Elect. 42. p. 2. Kauchb. p. 1. quest. 47. n. 21. Spontalitiam largitatem seu Morgengabam Land X. lib. 1. art. 24. pr. Cibaria domestica Land X. l. 1. art. 22. Const. El. 33. §. 34. p. 3. in alijs aliter consultum prospectumve fuerit: *Gerada* pinguius quoddam reliquis juribus muliebribus beneficium, testis favoris, quo foemineus gaudet sexus, omni exceptione major. Quæ ipsa materia cum non sterilis, aut in foro exolevisse dici mereatur, quin potius de eâ, secundum commune proverbium *die Gerade ma- chet viel ungerades* lites suscipi soleant frequen- tes, eamque hæc provinciæ, quas patriam colo, vel maxime agnoscant, non dubitavi eandem, qualem in istis repræsentet formam, pro ingenij viribus indagandam ac præsentem adumbrandam mihi

mihi sumere disputatione. Ratus secundum  
Jctum Paulum in *l. legavi Titio 25 ff. de liber.  
legat.* quotidiana plenius esse attingenda, & tur-  
pe mihi duci juxta Quintum Mucium, jus in  
quo versor, ignorare *l. 2 §. 43. ff. de Orig. jur.*  
Quod dum molior, omnem spem emoliendi  
ad divinum, quo sine nostra in studijs peregrina-  
tio, miserabilis quædam erratio est *Scal. Exerc.  
359 sect. 1. refero Numen l. 1. C. de vet. jur. enucl.  
Nov. 85.* illudque supplex veneror, ut mihi vires  
aspiret, meosq; hos prosperet & felicissimè eve-  
nire concedat labores.

*Thesis I.*

Geradam pertracturi su-  
mus ut constituendam, ut  
constitutam, ut dissolven-  
dam.

Omne jus, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad  
res, vel ad actiones, dicit Imperator in *§. ult. Instir. de I. N. G. & C.*  
& *Cajus in l. 1. ff. de stat. homin.* Utrum hæc Theorica nostræ appli-  
cari posset materiæ, dubitare exinde quis haberet, quod maxi-  
ma hæc sit juris civilis, nostra materia verò juris Saxonici, &  
quod Saxones ob perpetua cum Romanorum Imperatoribus  
bella jus civile omnibus modis spreverint. *Philipp. Melancht. in  
Chronol. in visâ Caroli M.* Verum cum jus civile nostrum cum  
naturali congruat ratione, imò haustum sit maximè ex parte ex  
A 2 jure

jure naturali & gentium §. jus autem Inst. de l. N. G. C. l. 16. ff. de j. & q. quod commune omnium nationum est can. 7. dist. 1. nihil dici nihil statui de jure à quoquam populo ratione utente posse, quod non ad aliquam juris civilis partem vel materiam ac dispositionem commodè referri queat, nobis persuasum habemus maximè. Hinc Geradam ad illud juris privati objectum, quod res complectitur pertinere nulli dubitavimus, quin etiam eandem methodo Objecto Rerum propria & conformi Excell. Dn. Sævus disput. 2. ad Instit. tb. 1. lit. a. in fin. ita ut primo loco Gerada constitutionem, posthac constituta effecta ex l. ult. ff. de LL. demonstramus, considerare animum induximus.

### Thesis II.

Constituenda spectatur ex definitione tum nominali, tum reali, causarum explicatione, & divisione. Nominalis definitio complectitur Ethymologiam <sup>(a)</sup> & Synonymiam <sup>(b)</sup>

(a.) Ne hic disputantium methodum consuetam insuper habeamus, sed eandem exemplis Jctorum in l. 1. ff. de j. & j. l. 1. §. 1. de suspect. int. l. 1. ff. de reb. credit. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de Rit. nupt. adducti sartam tectam conservemus, antequam perveniamus ad nigram, prius rubrum, uti Dd. loquuntur, exponendi nobis imponitur necessitas. Gerada dictio Germanis est vernacula, quales in jure Saxonico dantur plures, ut Morgengaba Hergevesta, Verigeldus, &c. literis latinis, ut aliz, exprimi solita. Curabu-



nabula ejus deducit *gl. in pr. art. 23. Weicbb. à voce Gerethe. i. r.*  
rebus ad usus communes rei familiaris destinatis *Joachim &*  
*Beust. de jur. connub. p. 2. c. 71. in pr.* Nobis non contemnenda ista  
videtur derivatio, quæ à germanico verbo Gerade/ quod æqua-  
litate[m] significat, alij eandem deductam volunt *Carpzov. de*  
*jur. famin. de ad. o. posit. i. num. 35.* Data enim est mulieribus in  
compensationem Feudorum, & rerum expeditoriarum, à qui-  
bus foeminae exclusæ sunt *gl. latin. in lit. L. art. 5. & gl. german. art.*  
*24. lib. 1. Land R. Adjunge his thes. V.*

( b. ) Venit nonnullis Gerada nomine supellectilis ut *gl.*  
*Weicbb. art. 23 in pr. Coler. de P. E. p. 1. c. 3. n. 272. Wesenb. tit. ff. quod*  
*quisq. jur. n. 3. tit. de jur. dot. in fin. tit. de supellectil. n. 4. ibiq. Hein-*  
*ric. Habn. in Observat suis, alijs nomine utensilium in art. 5. &*  
*24. Land R. lib. 1. Arredij gl. latin. art. 24. lib. 1. Land R. Joeciorum*  
*Goldbec. de Gerad. in proem. num. 6.* Verum magis abusivè, quàm  
propriè. *Wilhelm Schmucl tract. de Gerad. disp. 1. th. 6.* Voculae  
enim istæ Romanis Legislatoribus ac juris civilis interpretibus  
asitatae sensu & intellectu diverso prolatae sunt, & ad novas re-  
rum formulas, quarum qualitatem non agnoscunt, quas inter  
Gerada ut Gerada est, quæ prisca Romanis ne quidem in-  
mentem venire potuit, pessimè, si verum fateri licet, accom-  
modantur. Supellex est domesticum patrisfamilias instru-  
mentum, quod neque argento aurove factò *l. 1 ff. de supell. legat.*  
neque vestibus *l. 10. eod. & ijs,* quæ deliciarum magis, quàm usus  
causa parantur *l. 11. ff. de supell. legat. annumeratur.* Gerada con-  
trà non patrisfamilias sed matrisfamilias instrumentum est, ne-  
que absque auro & argento consistit, neque sine vestibus, imò  
vestes ejus potissima pars non rarò deprehenduntur. Utensilia  
non tantùm complectuntur supellectilia, verum etiam esculen-  
ta. *Columella lib. 11. c. 6. de re rustic. l. quæ situm est 12. §. proinde 28. ff.*  
*de instr. vel instrument. legat. gl. ad l. 12. ff. de decurion. & l. 2. verb.*  
*utensilia ff. de nundin* at esculenta quis inter res referet Geradi-  
les? Joecalia ornamenta muliebria sunt, quibus uxor cultior &  
elegantior incedit *Gail. 2. O. 91. n. 2.* Verum nec his solis nostra  
constat Gerada. Eiusdem farinae est illud Synonymon, dum à  
*gl. ad c. 23. Weicbb. in fin.* Gerada appellatur paraphernale, cum  
para

paraphernalium nomine vel unicum duntaxat corpus denota-  
ri possit, itemque pecunia numerata seu quantitas & jura: Gera-  
da verò in sese contineat plura corpora, nullam quantitatem,  
nulla jura.

*Thesis III.*

Definimus Geradam (a.)  
quod sit universitas quædam  
(b.) certorum corporum mobi-  
lium (c.) vel se moventium (d.)  
ad muliebris sexûs, cui soli (e.)  
relinquitur, patrimonium de  
jure Saxonico (f.) pertinens.

(a.) *Gl. ad art. 23. Weicbb. in pr.* dicit, Geradam nihil aliud  
esse, quàm quâ instruitur ut plurimum domus mariti, quæque  
à rebus expeditorijs separata est. Scilicet qualiter qualiter de-  
scribere, in quo magni nominis Juri in jure sæpè acquiescunt,  
non perfectam definitionem dare, glossatoris mens fuit. Quip-  
pè cum sub instructo contineantur Utenfilia & supellex l. 12. §.  
28. ff. de instr. vel instrum. legat. quæ Geradæ non posse applicari  
supra *ib. II. lit. b.* audivimus.

(b.) Ea enim, quæ suò ambitu multa universaliter conti-  
nent, in jure nostro universitas dicuntur. Sic universitatis no-  
mine designatur collegium, civitas, quod multas personas uni-  
versaliter complectatur l. 1. ff. quod quis d. universit. nom. Grex ovi-  
um, equilium, armentum l. 70. ff. de usuf. l. 30. in fin. pr. ff. de usucap.  
quod plura unius generis animalia universaliter in sese habeat:  
sic universitatis nomē tuetur peculū l. 1. ff. de pecul. l. 7. §. 4 ff. eod.  
dos

dos *tit. ff. C. de jur. dot.* quod plurium & diversorum generum res comprehendant: quibus merito annumeramus nosteam Geradam, cujus complexu omnis ornatus, vestitus muliebris, nec non alia quam plurima junguntur. Et ita per universitatem Geradam quoque definiuit *Modestin. Pist. p. 1. q. 19. n. 2. C. q. 21. n. 3. p. 1.* Fallunt ergo & falluntur illi, qui genus Geradae nostrae ponunt *jus quoddam*, cum hic consideremus res ipsas seu corpora, non jura, quae ex iisdem alicui obveniunt: de quibus *infra tb. IX. C. seqq.*

(c.) Gerada enim consistit solummodo in rebus mobilibus *gl. latin. ad text. latin. in verb. maritus C. uxor art. 31. Land R. lib. 1.* quarum catalogum in specie invenies *tb. VI.* Non in immobilibus, aut mobilibus immobilium loco ob fictionem juris haberi solitis, quanquam rebus geradilibus alias accenseantur. Hinc lecti, cervicalia, pulvinaria & illa supellectilia, quibus instruuntur dormitoria, ut ut alias ad Geradam spectent *per text. art. 23. Weichb.* tamen in diversorijs publicis *gl. ordin. in Weichb. art. 23. n. 24.* quia eo fine, & hac animi destinatione comparantur, ut perpetuo ibi maneat, eadem ut immobilia lex fingit. *Petr. Heig. p. 2. qu. 15 n. 25.* nec ideo bonorum geradilium nomine comprehendit *art. 23. Weichb. in verb. wan er aber ein Gastgeb. gl. ordin. in Land R. lib. 1. art. 24. n. 3. Carpzov. p. 2. C. 14. def. 37.* Sic capetia ad ornatum conclavium comparata, quia ex destinatione patrisfamilias pro rebus immobilibus habentur, ad Geradam non referuntur. *Finckelth. O. 81. n. 66.*

(d.) Ideo addidimus haec verba, quia certa animantium genera, quae moventium nomine proprie veniunt, sub gerada comprehenduntur, veluti anseres oves & anates *art. 24. Land R. lib. 1. urtel post Land R. tit. jur. Gerade gehören.* Quanquam enim mobilia moventia in jure nostro quoque denotent *l. 3. S. 13. ff. de A. vel A. P. l. 93. ff. de V. S.* attamen cum proprie differat movens a mobili, nec unum alterum significet *arg. l. 15. C. de SS. Eccl. l. 4. C. de fam. ercisc. l. 30. pr. C. de jur. dot. l. 2. pr. C. de quadr. praescript. l. pen. C. de serv. C. 49.* proprietati vero verborum, praepri- mis in definitionibus, maxime sit studendum, non superfluum haec verba adjicere esse judicavimus.

(e.) Dis-

(e.) Differentia Specifica, qua rerum hæc universitas Gerada tum esse suam, tum distingui, tum operari accipit, his absolvitur verbis. Res siquidem Geradiles suam, quam obtinent, à solò sexu possessæ muliebri habent naturam *lib. 1. LandR. art. 24. & 27. ibiq. Zobelin addit.* Solus hic sexus geradam facit, solus retinet, solus ad alias mulieres transfert *art. 15. LandR. lib. 3. Masculorum enim respectu Gerada nulla est, adeò ut etiam si masculus decedens multas res ad Geradam pertinentes post se relinquat; non tamen ex Gerada dicantur gl. in d. lib. 1. LandR. art. 24. Simon Ulricus Pistor. in addit. ad patris Harim. Pift. Obs. 191. num. 22.* Quicquid possident masculi, Feudalium, expedito-  
riarum & hæreditariarum rerum loco habetur *art. 5. in fin. lib. 1. LandR. & art. 27. lib. 1. Möller. 2. semest. 6. n. 2.* Maritus, clericus quanquam pro consuetudine loci, & dispositione *lib. 1. LandR. art. 5. Weicbb. art. 57.* Geradam capiant, ea tamen simul ac in manus & possessionem eorum devenit, Geradæ naturam amittit, inque commune rerum mobilium jus degenerat. Ut taceam, maritum istam non ut Geradam, sed ac reliqua defunctæ uxoris mobilia lucrari. Vid. quæ dicemus *th. XIII. lit. a.* Non tamen hic exclusum cupimus hermaphroditum, in quo sexus foemineus prævalet. Sicut enim is, in quo virilia præpollent, vel qui in utroq; æqualiter potens est sexu, haberi pro masculino consuevit *l. 15. ff. de testib. l. 6. § ult. ff. de liber. & posth. Schrader. p. 7. 6. 5. n. 18.* ita si in sexu foemineo magis incalescat, ejusdem æstimari debere, & hinc Geradam nostram in eo suam esse invenire posse certo certius est *l. 10. ff. de stat. homin.* Distinguitur etiam Gerada per hæc verba ab alijs, quibus cum cognationem fovere videtur, bonorum speciebus. Hergewetta ad solos masculos ex lineâ masculina descendentes perpetuò pertinet *art. 15. lib. 3. LandR. Morgengaba licet ab initio mulieribus tantum conveniat LandR. lib. 1. art. 24. tamen perpetuò ad sexum foemineum non spectat, sed mortuâ muliere in eâ illius hæredes tam masculi quàm foemineæ succedunt, LandR. lib. 3. art. 38. & ib. gl.* Sic cibaria domestica non ad mulierem solùm, sed pro parte dimidiâ tantum, pro alterâ ad hæredes mariti transeunt *art. 22. LandR. lib. 1. & art. 24. Weicbb.* Suam non minus operari, quod testa-

testari de eâ licitum haud sit, quod donatio ejusdem certis ad-  
stricta subjectaque sit solennitatibus, & quæ alia, hæc univer-  
sitas fœmineo debet sexui. Ut paucis multa complectar, quic-  
quid habet peculiare, ex personâ muliebri habet.

(f.) Hoc est causa efficiens, quâ de in subsequente  
thesi.

#### *Thesis IV.*

**Causæ sunt vel externæ  
vel internæ: Externarum pri-  
ma est efficiens, sola nimi-  
rum consuetudo Saxonum.**

Quicquid favoris ac utilitatis ex Geradâ fœmineus persen-  
tiscit sexus, id omne acceptum consuetudini Saxonum referre  
debet. Res etenim Geradiles peculiarem istam, quam fovent na-  
turam ex solis Saxonum moribus receperunt. In legibus civi-  
libus Romanis, uti de alijs diversis in jure Saxonico occurrenti-  
bus bonorum speciebus, veluti *Heergewette/ Morgengabe/ und  
Muschheil/* ita de Geradâ altum silentium est. Jure siquidem ci-  
vili mundus muliebris & alia ornamenta uxoris pretiosiora, ex  
quibus partim constat nostra Gerada, non in patrimonio uxo-  
rum sunt, nec ipsis acquisita censentur, sed dominium earum  
rerum competit marito. *Gail. 2. O. 91. n. 1. 2. 3.* Imò in ipso illa in  
successione *Hergewetta & Gerada* vigens observantia agna-  
tionis & cognationis per *Novell. 118.* prorsus invenitur explosa.  
Ut hinc non immeritò interpretationem juris Saxonici hæc in-  
materiâ ex jure communi sumi disuadeant *Dd.*, cum istud ad  
hujus tendat correctionem, aliquam novam speciem bonorum  
fingat, eique peculiarem quandam jure civili ne cognitam qui-  
dem attribuat qualitatem. *Harim. Pist. p. 1. q. 31. n. 29. & p. 1. qu. 33.  
num. 30.* Solis itaque moribus Saxonum suos Gerada

B

de.

debet natales. Quæ ipsa licet illustri *Lunaburgico* nec non *Wolferbyitano* & *Calenbergico ducatu Hein. Habn. in Observ. ad π. Wesenbec. part. poster. pag. 189. 190. 199* imò & alijs locis exulare iusta sit, tantum tamen abfuit, ut in omnibus locis abrogata inveniat, ut potius in *Silesiâ*, *Bohemiâ* & *Poloniâ* suas egerit, radices *Goldbec. de jur. Gerad. cap. 3. n. 8.* & in nostris provincijs, reclamantibus quanquam *Juris veteribus super Constitutionibus D. Augusti Saxon. Electoris* nunquam sat laudati consultantibus *Consultat. Const. Saxon. part. 4. c. 32.* ab ipsis *Serenissimis & clemētissimis nostris septemviris, veris vindicibus & propugnatoribus juris Saxonici, prout vocantur ab Heig. lib. 1. qu. 4. num. 35. Arumn. p. 2. decis. 4. n. 28.* fuerit tolerata, quin & vinculo fortiori firmata & favore ampliori illustrata. *p. 2. Const. Elect. 13. 14. p. 3. C. 11. 33. 38. N. G. D. tit. 43. §.* und weil hierbey. Falsâ etenim persuasione sibi imaginant *Geradæ Mastiges, Geradam consuetudinibus Saxonum antiquorum irrationabilibus, quas Carolus Magnus propter duritiem cordis eorum immutatas reliquit. Albertus Krantz. lib. 2. Saxon. cap. 21.* annumerandam esse, cum illa summâ æquitate nitatur, prout dicendi locus erit thesi subsequente. Non inficias quidem imus multiplices, varias, & anticipites controversias ex unâ *Geradâ* quotidie oriri, & iudicum aures vellicare, ita ut tritum illud proverbium veriverbium videatur, **Die Gerade machet viel ungerades; Die Gerade ist ungerade:** at id alijs materijs juris quoque commune, quas tamen cum fomento litigij funditus statim extirpari pessimè in rem consultum foret publicam. Non referendum hoc est ad qualitatem hujus materiæ, sed concertantium avaritiam, abutentium malitiam & pravitatem. Rosa non est sine spinis, nec quicquam sine abusu. Sed ut spina non est rosa, neque rosæ dulcedinem tollit: ita abusus non est res, nec rei dignitatem minuit. Tollatur abusus, & rei manebit substantia: ineatur ratio, quo modo huc obviam eatur malo, & erit res litigij libera. Nec est, quod ad abrogationem *Geradæ* inclinantes dicant, *Geradam* quandoque eâ hominum astutiâ adaugeri quantitate, ut legitimis hæredibus & mariti demortui credito-

dito-

ditoribus singulare acerescat incommodum & præjudicium. Sicut enim hoc omne ita fieri non concedimus, ita si fiat nec huic abutentium pravitati & fraudi deesse medicinam putamus. Quod parentes attinet, illos, cum semper inter liberos æqualitatem maximè servare præsumantur *l. 12. §. 43. vers. sed* & ipse *Papinianus ff. de instr. & instrum. legat. & bona sua ad neminem magis, quam ad liberos pervenire concupiscant l. 15. pr. ff. de inoff. testam. l. 50. §. 2 ff. de bon. libert.* bona in Geradæ comparisonem insumpta filijs auferre velle facile credendum non est. Et quanquam uxores, matres in emendis margaritis, gemmis & alijs lapillis pretiosis, quibus vel se vel filias exornent, non sine injuriâ & damnò maritorum & filiorum plus æquo soleant esse procliviores, à patribus tamen & maritis quin intra limites contineri & debeant & possint, ne modum in conquiritis bonis utensilibus excedant, facultates consumant, vix dubitandi ratio suberit. Nec præsumendum facile, maritos hanc in seipos redundare pati calamitatem, nisi sint tales, qui verbera uxorum timent & excipiunt, quos propterea *maritellos* vocat *Baldus in l. Curatorem C. de interdict. matrim. inter. pupill. & tutor.* Sic etiam malitiam mariti in fraudem creditorum uxori multa bona Utensilia comparantis certis circumscriptam habemus legum concellis. Quotiescunque enim apparet, ipsum in fraudem creditorum multas procurasse res ad Geradam pertinentes, toties de his in subsidium æs alienum persolvi debere tradunt *Da. Hartm. Pist. part. 1. qu. 31. num. 37. Dan. Moller. 2. Semestr. 44. num. 3.*

### *Thesis V.*

Altera Finis est, scilicet ut  
æqualitas inter masculos &  
foeminas conservetur.

Sunt qui ob gratiam & honorem sexui foemineo exhiberi debitum Geradam adinventam præsumunt, inter quos sunt

gl. germ. lib. 3. art. 38 in fin. & gl. Weichb. art. 23. n. 37. Nobis sedet  
Gerada fundamentum paulo altius repetere. Genti Saxonica  
primis temporibus erat in more positum, foeminas ab haereditate  
prorsus excludere lib. 1. LandR. art. 17. vers. Vaters und Bru-  
ders nec quicquam ijs dotis loco, cum istam viri uxoribus, non  
uxores viris dare solerent Saxon. legib. tit. 6. & 7. constituere  
Petr. Heigius p. 1. qu. 8. num. 64. & seqq. Jure forsan non dispari,  
quo Germanos antiquitus non tantum omnes, teste Tacito de  
morib. German. in verb. Dotem non uxor marito sed uxori maritus  
offert. sed etiam ex parte populum Romanum tempore mediae  
jurisprudenciae §. ult. Inst. de hered. qua ab intest. Israelitas Num.  
27. v. 8. usos fuisse, & pro foeminis sponso offerre pretium pa-  
rentibus vel tutoribus Alexand. ab Alex. lib. 4. Gen. dier. cap. 8.  
Prov. c. ult. v. 28. Gen. 34. v. 12. necesse habuisse constat. Ne itaq;  
prorsus nudae ex aedibus paternis ejicerentur, sed quaedam, saltem  
pro nova familia sua constituenda, exemplo emancipatorum  
apud Romanos l. ult. C. de emancipat. l. 8. l. 9. §. 2. C. de bon. pro-  
scrips. a parentibus acciperent, aequitatis suavis constitutum est,  
ut utensilia praecipua haberent. Maximè quod lanam & li-  
num tractando, nendo, texendo, neta, texta purgando, ac-  
pingendo ipsaemet mensam, lectos, parietes, reliquaque supel-  
lectilia facerent instructiora & ornatiora, & cognatae, ad quas  
has res transmittunt, haberent laboris hujus participes. arg. gl.  
in art. 23. Weichb. num. 2. verb. Durch ihres Ampts willen.  
Et quanquam progressu temporis consuetudo haec vetusta &  
iniquitatis plenissima introducta aequali inter utriusque sexus  
natos successione, fuerit sublata art. 27. lib. 1. LandR. gl. latin. ad  
art. 17. LandR. lib. 1. lit. d. simul tamen Gerada non emori-  
cepit, quin potius eandem alia sustinuit aequitas. Cum enim  
non solum & jure & commodo Feudorum regulariter soli super-  
birent masculi LandR. c. 3. junct. c. 6. & 21. sed etiam ijs solis Im-  
perator Henricus Auceps beneficium rerum expeditoriarum  
attribuisset Spangenberg. Chron. Saxon. cap. 121. in fin. & c. 125. Heig. q.  
8. p. 1. num. 29. lib. 1. LandR. art. 27. §. ein jeglicher Mann /  
quod consuetudo, ubique ferè locorum recepta ad plebeios  
quo



quoque, quin etiam rusticos hodie extendit, Geradam sexui  
 foemineo etiamnum salvam ac integram remanere, ipsa, cujus  
 nunquam non ratio inter liberos *l. si major 4. in fin. C. comm. di-*  
*vid. ad omnem discordiam, cujus mater inaequalitas, evitanda*  
*l. cum oportet 6. §. 2. in fin. C. de bon. quaer. liber. habenda est, tunc*  
*expoposcit & efflagitavit aequalitas. gl. Weicbb. art. 23. num. 3.* Hoc  
 ipso etenim & naturæ, cujus acculator, quasi non totos ma-  
 sculos generasset, alias audit, qui differentiam quandam ratio-  
 ne bonorum inter foeminas & masculos dividendorum institue-  
 re præsumit. *l. 4. C. de liber. præ. vel ex her. sua asserta autoritas, &*  
*omnis partim foeminis, quod Feudorum regulariter & rerum expedito-*  
*rioriarum incapaces sunt, damno hoc lucro Geradæ compen-*  
*sato, partim masculis, quod à Geradâ excludantur, inaequalitate*  
*hæc beneficio rerum expedito- & Feudorum ad æquali-*  
*tatem redactâ ulterius conquerendi via fuit obstructa. Et qui-*  
*dem masculis non oblitis aliàs considerare, Geradam multis*  
*interim ac consumi modis posse, sibi ipsis autem non parum*  
*inde lucri accedere, si desponsatæ eis copiam rerum ad cultum*  
*& mundum muliebrem pariter ac usum rei oeconomicæ perti-*  
*nentium inferant, quarum comparatio, uti ipsorum cætero-*  
*quin officij fuisset, ita eorum fortunas maxime gravasset. Abe-*  
*ant ergo, qui hanc consuetudinem Saxoniam decantant irra-*  
*tionabilem, aut hunc favorem mulieribus invident. Gratu-*  
*landum potius ipsis de hoc in compensationem damni datò be-*  
*neficio: Gratulandum etiam Legislatoribus Saxonis, quod*  
*hoc modo causam jurgiorum & disfidiorum inter masculos &*  
*foeminas alias oriundorum, quæ ante in herbâ suffocare, quam*  
*robur assumant, aliàs judici cordi esse debet *l. 21. ff. de R. C. l. 1. §. 10.**  
*ff. de nov. oper. nunciat. l. 5. pr. ff. pro suo l. 2. pr. ff. de aq. & aq. pluvi. l. 13.*  
*§. 3. ff. de usufr. egregie fuerint amoliti.*

### *Thesis VI.*

**Cause interne sunt Forma  
 & materia. Materia Geradæ**

**B 3**

**sunt**

# sunt res, quibus lex vel consuetudo qualitatem Geradicam confert.

Scilicet duo ad naturam & constitutionem Geradæ probè observanda sunt: primum est, ut res tales sint, quæ ex consuetudine cujusque loci Geradæ naturam sustinere habent; alterum ut res istæ à muliere possideantur *Coler. de P. E. p. 1. c. 3. n. 272. Carpzov. p. 2. C. 14. def. 25. in fin.* Neutrum sine altero esse potest, utrumque naturam Geradæ ingreditur. Nobis hic primum, tractationem alterius subsequenti relinquentes thesi, expedire sedet. Possemus equidem breves esse, & lectorem ad Autores *Hartm. Pistor. p. 1. qu. 32. Andr. Goldb. de jur Gerad. c. 4. Bened. Carpzov. p. 2. C. 14. def. 32. & subseq. usq. ad 48.* singulas quasque res geradicas nominatim exprimentes dimittere; Verum ne hærenti lectori desimus, eumque in bivio relinquamus, quin potius ipsi illas quasi in quâdam epitome aspicere licitum sit, easdem brevissimis annectere placuit. Ubi tamen præmittendum & prænotandum esse necessarium ducimus, nos non in istis enumerandis occupatos fore speciebus, quæ vel jure provinciali (*des Landrechts*) *lib. 1. LandR. art. 24.* vel jure municipali (*des Weichbilds*) *art. 23. Weichb.* vel Feudali (*des LehnRechts*) *c. 56. LehnR. in gl.* ad Geradam pertineant, sed potius quæ usû & consuetudine harum provinciarum Saxoniarum inter bona referri Utensilia consueverunt. Cujus instituti nostri ratio hæc est, quod Geradæ formam, qualem in his provincijs obtineat, adumbrare in præmio promiserimus, & quod usus hodiernus omnes dictis locis allatas species non approbaverit *Carpzov. p. 2. C. 14. def. 25 num 3.* plures contra ibidem non tam mente & ratione, quam verbis non expressas ob supellestilis copiositatem explicaverit, quin & novas planè introduxerit. *Hartm. Pistor. q. 32. p. 1. num. 11.* Species itaque, quæ secundum harum provinciarum observantiam ad Geradam pertinent vel *animate* sunt vel *inani-*

ma-

*mata. Animata sunt omnes indifferenter oves foeminei sexus*  
*art. 24. lib. 1. Land R. in verb. alle Schaffe. gl. ib. lit. c. Weichb. art. 23*  
*Et gl. ordin. in Lehn R. art. 56. non attento, utrum hæ propria mu-*  
*lieris, an verò mariti fuerint; nec utrum in ovilibus seu præ-*  
*dijs mariti existentes vel pro certo pretio elocatae alibi reperi-*  
*antur. Goldb. de Gerad. c. 4. n. 19. Mattb. Berlich. p. 3. Concl. 28. n. 31.*  
*Et seqq. Carpzov. p. 2. C. 14. def. 22. in resposso annexo. Exceptis ijs,*  
*quas Lanij macello destinatas habent gl. in art. 23 Weichb. num.*  
*25. Omnes anseres & anates d. art. 24 lib. 1. Land R. verb. Genß.*  
**Urteil nach dem Sachsen-Spiegel tit. zu Gerade ge-**  
**hören. gl. Land R. art. 56. num. 7. verb. Genß und Endten.**  
**art. 23. Weichb. verb. Genß Endten.** nullo discrimine habito,  
an masculini an verò foeminini sexus sint. *Goldb. c. 4. n. 5. We-*  
*senb. p. 6. Conf. 254 num. 26. Inanimata aut sunt sub materiâ aut*  
*specificata. Sub materiâ comprehendimus omnes plumas inte-*  
*gras & abrasas gl. Lehn R. art. 56. num. 7. verb. und alle Federn.*  
*Omne filum rude & coctum art. 24. lib. 1. Land R. in verb. alles*  
*Garn. art. 23. Weichb. verb. Garn es sen gesotten oder un-*  
*gesotten. Et gloss. in art. 56. Lehn R. num. 7. verb. Garn gesot-*  
*ten oder rohe, etiam ex cannabe factum Goldb. de Gerad. c. 4.*  
*n. 75. Carpzov. C. 14. p. 2. def. 39. in præjudicio. Omne linum & li-*  
*num factum Weichb. art. 23. verb. Flachß modò à solo separa-*  
*tum sit gl. in art. 24 lib. 1. Land R. in verb. was auch dieses*  
*Dinges. ib. der Flachß auff den Felde. non tamen quoq;*  
*cannabem Goldb. d. l. num. 71. Carpz. d. l. in præjudicio. Omnem*  
*pannum linteum indifferenter sive integer sive incisus gl.*  
*Lehn R. art. 56. n. 7. verb. Leinwat. non tamen quoque alium, pu-*  
*ta vel laneum, vel sericum, ex auro argenteove contextum, vel*  
*aliâ materiam als Zancken/ Borten/ Franken/ Seide/*  
*Zobeln/ Wardern &c. nisi ad vestimenta muliebria, quod*  
*præcisè requiritur Carpzov. tit. 9. lib. 1. Resp. 95. num. 4 incisa sit,*  
*licet nondum consuta art. 23 Weichb. in verb. und geschnitten*  
**Tuch/ Wullen und Leinen. art. 24. lib. 1. Land R. verb. als**  
**les**

des Gewandt und Lacken geschnitten zu Frauen Kle-  
dern. *Carpzov. p. 2. C. 14. def. 32. Specificata partim in supellectile,*  
*partim in instrumento, partim in vestimentis, partim in mundo,*  
*partim in ornatu consistunt. In supellectile, cistæ, arcæ opercu-*  
*lis affixis, arculæ, scrinia & sedilia ( Siedeln ) in quibus uxor*  
*mundum & ornamentum, ad eaque claves in suâ potestate ha-*  
*buit. art. 24. lib. 1. Land R. & art. 23 Weichb. in verb. Kasten mit*  
*angehangenen Liedern gloss. in art. 56. Lehn R. verb. Kisten*  
*Schrein und Laden. Omnes lecti, cervicalia & pulvinaria,*  
*culcitæ plumæ, linteamina art. 24. lib. 1. Land R. verb. Bett/*  
*Pfüle/ Küssen art. 23. Weichb. verb. Bett/ Pfüle/ Küssen/*  
*gl. art. 56. Lehn R. num. 7. verb. Bett/ Pfüle Küssen/ nisi sint*  
*hæc omnia talia, quæ campo publicus gl Weichb. art. 23. n. 24. sub*  
*fin. Mann soll niemand zu einen Gastgeber &c. habet in*  
*ædibus vel diversorio pro viatoribus receptandis Weichb. art.*  
*23. verb. wen er aber ein Gastgeb. numerumque duodecim lecto-*  
*rum non excedant Berlich. p 3. Concl. 28. num. 10. cum hæc rebus*  
*hæreditarijs insint. Berlich d. 1. num. 7. & seqq. Carpz p. 2. C. 14. def.*  
*37. Omnes mappæ, mantilia art. 24 lib. 1. Land R. verb. Tischla-*  
*chen/ Quellen art. 23 Weichb. verb. Tischlachen gl. art. 56. Lehn R.*  
*num. 7. verb. Tischtücher/ Handtücher. strophiola Carpzov. p. 2. C.*  
*14. def. 36. lodices, stragulæ, toralia, peristromata & velamina.*  
*Omnes pelves balneares & candelabra non appensa ( reliquas*  
*enim pelves & candelabra appensa usus harum provinciarum*  
*rebus hæreditarijs annumerat, & articulum 24. lib. 1. Land R.*  
*verb. Becken/ Leuchter ut & gl art. 56 Lehn R. num 7. verb. Becken*  
*Leuchter indifferenter de pelvibus & candelabris loquentes ad*  
*balneares solum pelves & candelabra non appensa restrinxit.*  
*Hartm. Pist. lib. 1. qu. 32. p. 234. Carpzov. p 2. C. 14. def. 36. num. 4.)*  
*Omnia tapetia ( quibus & conopea die umb und Vorhân-*  
*ge vor die Betten annumeramus ) ad communes usus rei fa-*  
*miliaris destinata art. 24. lib. 1. Land R. & gl. in art 56 Lehn R. num.*  
*7. in verb. Tepich non tamen quoque splendidiora ad ornatum*  
*conclavium comparata, quo & referenda mantelia, ( die Ser-*  
*veten*

vereri) mappæ, ad splendorem convivij, si quod celebrandum  
emptæ, quas species omnes consuetudo harum provinciarum  
rebus hæreditarijs accenset *Hartm. Pist. lib. 1. qu. 32. in respons. Mo-*  
*destin. Pistor. & Jacobi Thomingij Finckelth. obs. 81. n. 66. 67. Car-*  
*pzov p. 2. C. 14. def. 40. n. 5.* Omnia pulvinaria & culcitrae, quibus  
scamna & sellæ insternuntur (Banc Psül und Erulküssen) *art.*  
*23. Weichb. in fin. & art. 38. lib. 3. LandR. in verb. seine Banc mit*  
*einem Psuel. scil. si ista maritus pro uxore & in communem fa-*  
*miliae usum comparaverit, cæteroquin si pro se vel in orna-*  
*mentum ædium emerit, cum tapetibus rebus hæreditarijs an-*  
*numerantur. Quippe quod Gerada in rebus ad usus rei fami-*  
*liaris destinatis consistat gl. germ. art. 24. lib. 1. LandR. num. 1. in*  
*med. daß Wort Gerade heißet so viel Goldbeck de Gerad. c. 4. n. 81.*  
*Libri Theologici, in quibus foeminae discere ac legere solent*  
*d. art. 24. verb. Psalter und alle Bücher die zum Gottesdienst art.*  
*23. Weichb. verb. Bücher/ da die Frauen &c. gl. LehnR. art. 56 n. 7.*  
*verb. auch Bücher/ die zum Gottesdienst &c. quin & de consue-*  
*tudine harum provinciarum politici quoque & historici, mo-*  
*dò in istis mulier legere solita sit. Carpzov p. 2. C. 14. def. 48. num.*  
*3. Adhæc mulctralia gl. LehnR. art. 56. num. 7. verb. diß ist eine Ge-*  
*rade &c. ibi Milch, Gefäße. Inter instrumenta numeratur ahe-*  
*num, & caldarium s. labrum cupreum pro coquenda cerevisia*  
*art. 23. Weichb. in verb. Pfannen und alles Braugesäß. ein Wasch-*  
*fessel gl. art. 56. num. 7. verb. Braupfannen in LehnR. quorum il-*  
*lud indifferenter, sive muro affixum fuerit sive non; hoc non*  
*aliter, quam si & muro affixum non sit, & loco motum pretio*  
*locari soleat. Utrumque in Caldario adesse debet, si alteru-*  
*trum deficit, in rem degenerat hæreditariam Coler. p. 1. decis. 60.*  
*num. 31. Carpzov p. 2. C. 14. def. 35. & p. 3. C. 31. def. 6. num. 5. Item co-*  
*li, fusi, glomi, rhombi, telæ & omnia instrumenta ad mulie-*  
*bres operas & artificia pertinentia, quibus textitur, & materia*  
*præparatur gl. LehnR. art. 56. num. 7. in verb. alles Gerethe und*  
*Gezeug/ das zu Weiblicher arbeit gehöret &c. Ad vestimenta per-*  
*tinent omnes vestes muliebres lineæ, lanæ, sericæ, sive sarcina-*  
*natae sive textæ art. 24. lib. 1. LandR. in verb. und alle Weibliche*  
*Kleider Weichb. art. 23. alle Weibliche Kleidung gl. LehnR. art. 56.*

n. 7. in verb. und alle Weibliche Kleider. Ad ornamenta spectant  
calantica vel pepla & peplorum oræ, sive sint sericæ sive lineæ,  
sive gossipynæ. *gl. Lehn R. art. 56. n. 7. verb. Schleyer und Schleyer  
er ende &c. Frontale, fibulæ, annuli art. 24. lib. 1. & and R. verb. Fin-  
gerlein armgeld. Weichb. art. 23. verb. alle Fingerlein Vorspan &c.  
etiam annulus sponsalitiis Magnif. Dn. Burch. Berlich. tract. de  
jur. Noverc. part. 1. de jur. Noverc. acquir. art. 7. sect. 1. num. 502. exce-  
pto solo annulo signatorio addit. latin. lit. 1. art. 24. lib. 1. & and R.  
Andr. Rauchb. qu. 35. num. 11. p. 1. Matth. Berlich p. 3. Concl. 28. n. 26.  
Simon Ulricus Pist. in addit. ad Hartm. Pist. p. 1. q. 32. Beust. de jur.  
Connub. c. 71. Item pacificalia aurea vel argentea, quibus affi-  
xa sunt triobola (Spitzgroschen) aliæve bullæ argenteæ (Scham-  
groschen) vel thaleri, si mulieres (uti plebeia solent) & non li-  
beri ipsarum, ea gestaverint, seque iisdem ornaverint art. 23.  
Weichb. verb. und Umbheng Carpzov. p. 2. C. 14. def. 44. Item ima-  
gines principum à catenulis dependentes Carpzov. tit. 9. lib. 1.  
Resp. 95. n. 12. Omnis aurum & argentum ad ornamenta mu-  
liebria textum, catenæ, etiam illa, quam maritus donavit ux-  
ori post primum concubitum sequenti mane Hartm. Pist. lib. 1. qu.  
44. Pensold ad Math. Coler. p. 2. decis. 207. n. 30. armillæ, cingula &  
zonæ auro argenteove fimbriatæ ornatae art. 23 Weichb. in verb.  
beschlagene Gürtel von Seiden &c. armgold &c. Aurei autem  
incurvati, bullæ ansatæ, (gehöhrete oder gehenclete Goldstücke)  
baccæ Corallij (Corallen Körner) margaritæ, gemmæ, & simi-  
les res tùm demum, si mulier lineam ex margaritis confectam,  
nec non lineam coralliorum, & aureos incurvatos, ut & bul-  
las ansatas funiculo trajecto in collo gestaverit, sique istæ res  
auro, vestimento vel alijs muliebribus ornamentis fuerint in-  
clusæ, attextæ, annexæ; aliàs ad res abeunt hæreditarias Hartm.  
Pist. p. 1. qu. 32. in respons. Witteberg. Carpzov. tit. 9. lib. 1. Resp. 95.  
num. 8 & p. 2. C. 14. def. 45. Item currus, quo vecta fuit mu-  
lier, quod observantia harum provinciarum ita introduxit.  
Hartm. Pistor. lib. 1. qu. 32. in respon. Witteb. Sigism. Finckelth. Ob-  
serv. 81. num. 74. & cistæ in eo positæ, quod currui quasi adapta-  
tæ sint, ei cohæreant, ac proinde separari nequeant Carpzov. p.  
2. C. 14. def. 34. num. 1. Non tamen etiam equi curules die Russch  
Pfer.*

Pferde Carpzov. d. l. In mundo muliebri sunt forfices, speculum, fetaceum & reliquis mundus art. 24. lib. 1. Land Recht. verb. noch sind mancherhand & c. gl. Lehn R. art. 56. num. 7. verb. auch mehr so ist noch & c. Et hæ sunt, ni apprimè fallor, omnes illæ species, quibus consuetudo harum provinciarum qualitatem attribuit Geradicam. Si quæ supersunt, licet non verbis, mente tamen & ratione in prædictis comprehenduntur. Quibus ipsis cognitis, facilè in notitiam earum specierum, quæ hanc qualitatem non habent, deducimur. Quod enim non exceptum invenitur, illud in regulâ, quod hæreditarium sit, & ejus judicio manet l. Titio textores 36. ff. de legat. 1. Imò exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis l. cum præter 12. pr. ff. de judic. & unius exclusio est alterius inclusio. Hinc ad Geradam non pertinent spondæ (die Spanbetten) Carpzov. p. 2. C. 14. def. 38. nec cochlearia argentea, cantharus, quo mulier in puerperio est usa, sicuti nec reliqua vasa argentea, multominus numellæ seu coilaria catellorum, dentes luporum argento inclusi, qualus (der Laugenforb) & munuscula à susceptoribus in actû baptismatis oblata Mod. Pist. & Jacob. Thoming. in resp. quod refert Hartm. Pistor. alleg. q. 32. p. 1. Carpz. p. 2. C. 14. def. 38. 42. 44. 47. Imò jure bonorum Utensilium non venit arrha sponsalitia sponso data, (der Wähltschaff) corona, quâ sponso coronatus ad copulam sacerdotalem incesit, (nisi hanc sponso post consummatum matrimonium uxori reddiderit, ipsaque illam in suos usus converterit Carpzov. p. 2. C. 14. def. 46.) neque vasa coquinaria (Rüchengerethe) species ex stanno confectæ (Zienwerck) Berlich p. 3. Concl. 28. num. 19 esculenta, nempe casei, butyrum & c. neque animalia, ut vaccæ, capræ & c. Hartm. Pist. qu. 32. p. 1. in respons. Witteb. & quæ reliqua sunt, quæ vide ap. Berlich. p. 2. C. 28. num. 17. Quæ omnia ita dicta rectè sese habent secundum consuetudinem generalem harum provinciarum: ast cum cujuslibet loci peculiaria statuta, jus commune & generalem consuetudinem Provinciæ tollere soleant § jus à civile Inst. de J. N. G. & C. l. 3. C. de edific. privat. l. 1. C. de emancipat. liber. hinc factum ut plerisque in civitatibus harum provinciarum bonis Utensilibus alius statutis & consuetudinibus specialibus nume-

rus & modus sit præfinitus. Liceat nobis ex statutis nonnullarum præcipuarum harum provinciarum civitatum, quæ legendi nobis copia fuit facta, sequentia annectere. *Dresda* rebus Geradilibus quæ annumerantur vide ap. *Volckm.* in *seiner Newverbesserten Notariat Kunst. part. 4. c. 22. n. 7. p. 126.* Cum quo *formalia statutorum Dresdensium conditorum Anno 1559. d. Mercurij post festum circumcisionis Domini, confirmatorum ab Elect. Augusto p. m. d. 3 April. & promulgatorum die Mercurij post diem Jacobi sub. tit. was zur vollen Gerade nach gemeiner &c. concordant.* Misenz ad Geradam spectant: über der Frauen Kleider / Gezierde und Geschmuck / alle Betten / Pfeile / Küssen / Leylach / (auch in Gasthöffen) Tischtücher / Handquellen / Badelachen / und alle Leinwand geschnitten und ungeschnitten / davon mans erzeuget / Lein / Flachs / Garn gesotten und ungesotten / der Waschkessel / Schalauen / Teppicht / Umbhänge / Tische / Siedeln / Kisten / Kasten / Laden / darin man solch Gerethe behalten / Banckpfehle / Stuelküssen / Becken / Leichter / Bücher so die Frau vor sich gebrauchet / und alles Küchengerechte; prout videre est ex ejusdem civitatis *statutis conditis circa Annum 1525.* Cum quibus conveniunt *Statuta Lomnitzij Confirmata ab Augusto b. m. Anno 1528. die Jovis post festum Paschatis,* nisi quod in illis nulla mentio fiat pulvinarium & culcitrarum, quibus scamna & sella insternuntur, pelvium, candelabrorum, librorum in quibus foemina legere consueverunt, & vasorum coquinariorum. *Mülbergensia Statuta Confirmata à Divo Augusto Anno 1579. d. 25. Septembr.* easdem species, quas communis harum provinciarum consuetudo agnoscit, habent. Eadem etiam hie Wittebergæ Geradæ accensentur; hoc observato tantum discrimine, quod illas quoque res, ex quibus aliàs Gerada nobilium consistit, oves puta, anseres, anates, currum, quo vehi consuevit uxor, & quod singulare est, etiam tapetia ad ornatum conclavium comparata, & unum cantharum, Gerada hæc civi-

carum



earum mulierum in sese contineat. Perinde sicut *Wittebergen* ses responderunt in sententia, quam annexam *lib. 1. quest. 32.* habet *Hartm Pist.* Quid cœteris in locis harum provinciarum peculiare in recensendis rebus Geradicis, vel consuetudine vel statutis, quibus omninò standum, obtineat, ejus rei notitiam acquirere cum nobis datum non fuerit, nec pagellarum ratio hic apponi permittat, ejusque diligentissimæ committimus inquisitioni. Illud tamen admonere non oblitum, talia statuta ex communi & generali harum provinciarum consuetudine interpretanda, & defectum horum ex istâ supplendum esse, nec species ibidem positas bonâ aliquâ consequentiâ, ad alias similes extendi posse, nisi aliqua vel ratione mundi & ornatûs muliebris, vel ratione rei familiaris & œconomicae ratio subsit *gl. german. in lib. 1. art. 24. LandR. num. 1. verb. daß Wort Gerade aber heisset so viel als Gerethe in eines Mannes Hause. Goldbec. de jur. Gerad. cap. 1. num. 1.*

### *Thesis VII.*

**Forma Geradæ est, ut possideatur à muliere.**

Essentiale Geradæ primum in præcedentibus contemplati sumus, jam sese nobis offert alterum, quod est possessio mulieris. Nempe res Geradilesthesi præcedente enumeratæ non merentur Geradam vocari, nisi penes mulierem repertæ. Qualitatem Geradilem peculiarem ex solâ personâ acquirunt muliebris, de quò plura *supra th. III. lit. e.* quæ hic repetenda. Non tamen aliter nisi possessæ: quia possessio potissima & propinqua causa Geradæ *Weichb. art. 23. verb. und in ihren Gewehren zu haben* *gl. ib. n. 4. gl. latin. art. 38. lib. 3. LandR. lit. e. Matth. Coler. de P. E. p. 1. c. 3. num. 272.* Possidere debet eadem mulier, & quidem civiliter ut domina, animo istas sibi habendi, iisque, seu Geradâ utendi, non naturaliter *gl. Weichb. art. 23. num. 4. Goldb. de Gerad. c. 3. n. 20.* Ex quò notabiliter inferre licet, res qualitate suâ Geradicas, & à muliere detentas, si ab eâ non usûs vel ornatûs

*cau.*

causâ, adeoque animo sibi non retinendi iisque utendi, sed vel negotiationis ratione, ut quâdam mercatrice, ut rursus vendantur, vel assecurationis gratia pro pecuniâ creditâ ut quâdam creditrice fuerint possessæ, neutiquam pro bonis Utensilibus haberi debere. *Carpzov. p. 2. C. 14. def. 31.* Hinc in statutis multis istam invenimus annexam clausulam: Was aber in Krahm oder zum Handel gehöret / und nicht in der Frauen verwahrung zur erhaltung des Haußgerehts gewesen / dasselbe soll zum Erbe und nicht zur Gerade gerechnet werden / auch damit gehalten / wie von anderen Erbgütern / prout hæc ita extat in Statutis quæ habentur Misenz & Lomnitzij. Nec est, quod quidam dicant, si possessio mulieris civilis pro formâ requireretur, hoc exinde sequi absurdum, uxorem ante maritum defunctam non posse eam Geradam, quam ex bonis mariti habet, cum ipsius in vitâ mariti civilem possessionem non habuerit, adeoque res istæ Geradiles non sint, transferre ad cognatas. Negamus enim & pernegamus uxorem in vitâ mariti istius Geradæ non esse dominam, prout hoc probatum dabimus *tb. IX. lit. a.* Statim enim ac maritus res ad ornatum muliebrem, vel communem rei familiaris usum adeoque ad Geradam pertinentes comparat, & possessioni ac custodiæ uxoris committit, ei illas tacitè donasse, quæ donatio jure non prohibita *Carpzov. p. 2. C. 13. def. 21. & in disput. de donat. Gerad. tb. 23. in fin.,* adeoque dominium in uxorem transtulisse censetur. *Andr. Goldb. de Gerad. cap. 7. membr. 4. num. 98. Carpzov. p. 2. C. 14. def. 29. num. 8.* Quod ipsum tamen in speciebus Geradilibus ad ornatum præprimis muliebrem spectantibus, & quibus res familiaris & oeconomica simpliciter non indiget, eatenus verum esse putamus, si maritus istas usui uxoris concesserit, custodiæ illius semper reliquerit, nec ab uxore unquam receperit. Alias si contrarium attentaverit, istas commodatò saltem uxori dedisse, indeque possessionem civilem penes se retinuisse videtur, ita ut juxta nostram thesin res istæ loco Geradilium haberi, adque cognatam proximam transferri nequeant. Adeoque libentissimè concedimus, res ejusmodi Geradices à marito uxori vel expressè commodatò datas, vel concessas quidem simpliciter, non tamen semper ipsi relictas, veras res Geradicas non esse,

esse, id quod etiam ipsa nostra dicit thesis, cum civiliter à muliere non possideantur: non tamen hoc ad omnes res Utensiles, quibus uxor ad sui vestitum quotidianum & ritè instituendam oeconomiam opus habuit, illas etiam quibus opus non habuit, modò uxori vel expressè donatæ sint, vel relictæ & certo tempore non revocatæ, extendere licebit. Tempus illud, intra quod revocare marito ita concessas res integrum sit, putamus esse unum annum, sex septimanas & tres dies. Rationem hujus nostræ assertionis damus hanc, quod cum omnes res mobiles hoc fatale agnoscant *art. 44. SandX. lib. 2.* & aliàs Gerada intra hoc tempus expressè præscribi jubeatur *art. 28. lib. 1. SandX.* illa etiam huic præscriptioni hoc in passu subjecta esse debeat. Caveant ergò mariti, ne clavium neglectu ipsam suppellectilis suæ negligant proprietatem: si quidquam mulieris usui commoda- verint, justo tempore id rursus ad se recipiant, vel claves saltem ceu possessionis sigilla ipsi custodiant. Non his contrariatur *gloss. in art. 23. num. 20. Weichb.* admonens in controversiâ inter maritum ejusque hæredes & defunctæ uxoris cognatam super re quâdam Geradili exortâ inspiciendum esse, utra pars possideat, & quæ possideat, ad eam transire, quasi possessionem solam naturalem requisitam velit. Dicimus enim istam glossam alijs in terminis loqui ac nos loquimur. Verum est, cognatæ petenti Utensilia onus probandi incumbere, illa in possessione scilicet naturali demortuæ fuisse uxoris *Vid. ib. XIII. lit. 1.* & si hanc probaverit, ulteriori probatione gravandam non esse, eique Utensilia cedere. Ast non indè sequitur: Ergò naturalis possessio tantum est necessaria. Præsumendo enim civilem lex istam præsupponit, & ideò probationem, civilem non adfuisse, in contrariam transfert partem. Quam non adfuisse, si altera pars dederit probatum, nihil causæ erit, quin Utensilium nomine istæ res non veniant. Ergò aliud est loqui de necessariâ præsentia civilis possessionis, aliud de necessariâ ejusdem, quod adfuerit probatione. Cum autem superius asseruerimus, Geradam possessam debere esse à muliere, sufficere hanc possessionem putamus, nec requiri ulterius, ut eadem usa fuerit. *Carpzov. p. 2. C. 14. def. 28.* Ratio est, quod hæc duo,

ut

ut res aliqua ex loci consuetudine vel statuto inter bona Utensilia referatur, & in mulieris possessione inveniatur, Geradam constituent. *Hartm. Piff. lib. 1. qu. 32. n. 6. Goldb. de Gerad. c. 3. n. 13.* Quod & haud obscure patet ex *Constit. Elect. 22. p. 3. S. wann aber verb. gebrauchet oder in ihrer verwahrung gehabt. scil. sufficere etiam nudam possessionem, licet mulier iisdem usa non fuerit.*

*Thesis VIII.*

Divisiones Geradae praecipuae sunt, quod alia sit uxorum, <sup>(a.)</sup> alia cognatarum, <sup>(b.)</sup> alia nobilium, alia ignobilium s. plebejarum foeminarum, <sup>(c.)</sup> alia sit secundum communem harum provinciarum consuetudinem, <sup>(d.)</sup> alia secundum uniuscujusque loci statuta & consuetudines <sup>(e.)</sup>

<sup>(a.)</sup> Scilicet illa, quae vivo & mortuo marito ad uxorem superstitem pertinet. Sub qua omnes species, ex communi harum provinciarum consuetudine ad Geradam pertinentes, & *ib. VI.* enumeratae comprehenduntur.

<sup>(b.)</sup> Gerada cognatarum *Diffelgerade* est, quam uxor in matrimonio vel viduitate de mortua, aut etiam virgo ad proximam

mama

mam cognatam transfert *art. 38. lib. 3. LandR. S. stirbet deß Mann-*  
*nes Weib. art. 27. & 24. lib. 1. LandR. in gl. sub lit. d. Coler de P. E. p.*  
*1. c. 3. n. 272.* Huic Geradae quænam accenseri debeant species,  
non tam expeditum est. Existimat additionator Speculi Saxoni-  
ci *in art. 38. lit. e. lib. 3. & in art. 24. lib. 1. LandR. lit. d. & in art. 56.*  
*LehnR. num. 7. pr. cum q. eo Moller. p. 3. Const. 38. num. 11. Wesenb p. 5.*  
*Conf. 206. n. 26. & p. 3. Conf. 139. n. 32. 33. 34.* illas res connumerari  
debere, quas uxor ad maritum intulit, vel sibi constante matri-  
monio ex successione acquisivit, non quoque istas, quas ex bo-  
nis mariti sibi comparavit. Verum hi ipsi satis refelluntur  
*per art. 20. lib. 1. LandR. in verb. also beheld auch ihre Nistel & c. art.*  
*38. lib. 3. LandR. in verb. stirbet deß Mannes Weib & art. 23. Weichb.*  
*in verb. Et stirbet ein Mann sein Weib.* ubi nullâ adhibitâ distin-  
ctione, generaliter constituitur bona Utensilia, quæ enumera-  
ta sunt, non solum defuncto marito ad uxorem, sed etiam mor-  
tuâ uxore ad proximam ipsius pertinere cognatam. Imò in d.  
*art. 20. lib. 1. LandR.* Gerada uxoris propria (ihre Gerade) ad co-  
gnatam devolvi dicitur, quæ sanè non tantùm illa est, quam  
de suo acquisivit, sed & quam maritus in communem usum  
comparavit, in quâ durante matrimonio uxori etiam jus qua-  
situm est. *vid. quæ tb. preced. dicta.* prout hæc omnia egregiè de-  
ducit *Hartm. Pist. p. 1. qu. 32. n. 4. & 5.* Taceo, quod ipse glossator  
sibi contrarius sit in *art. 20. lib. 1. ad textum Latin. verb. sic etiam*  
*cognata,* & si quædam olim, quam fuisse probare videntur præ-  
judicia allata ab *Hartm. Pist. d. l. num. 2.,* hujus rei consuetudo  
fuerit, illa tamen tanquam ex incertò usû dependens, uti voca-  
tur ab *Hartm. Pist. d. l. num. 3. in fin.* in desuetudinem hodiè ma-  
ximè in his provincijs, item abierit. Hodiè enim juxta dictos te-  
xtus *art. 38. lib. 3. art. 20. lib. 1. LandR. Weichb. art. 23.* omnes species,  
quæ alioqui ad uxorem pertinent, etiam cognatæ debentur,  
solis ovibus exceptis, quas uxor ex prædijs mariti alias conse-  
cuta fuisset, illasq; non intulerit, nec ab initio ipsi propriæ fu-  
erint. *addit. ad LehnR. art. 56. n. 7. pr. art. 24. lib. 1. LandR. in gl. lit.*  
*f. quâ de consuetudine testantur Reinh. Rosa ad Moller. p. 3. Const.*  
*38. num. 12. Sigism. Finckel. Observ. 81. n. 11. 12. Carpz. p. 2. C. 14. def.*  
*22.* Ut hinc rectè cum *Colero de P. E. p. 1. cap. 3. n. 273,* hodiè valdè

D

exi-

exiguam inter Geradam plenam & Niffelgeradam esse differentiam statuendum fit. Probè tamen notandum esse censemus, nos hic loqui de Niffelgeradâ, quæ secundum communem observantiam harum provinciarum ita consuevit vocari, non de illâ, quæ ex statuto & peculiari consuetudine venit. Huic enim pro diversitate statutorum & consuetudinum plures deesse species ambabus ultrò largimur manibus.

(c.) Nobilium enim Geradæ soli annumerantur *oves, anseres, anates, & currus arcuatus. cameratus*, quo vehi uxor vivente marito consuevit; quæ species inter fœminas ignobiles, civicas & plebejas sub Geradâ non comprehenduntur. Prout de hac practicâ merâ consuetudine, & nullâ certâ ratione juris Saxonici introductâ monent *Hartm Pist q 32 p 1. in respons. Witteb. Goldb. de Gerad cap 2 n. 2. & seqq. Enckel h. Obs. 81. num. 74. & 75. Carpzov. p 2. C 14. def 23.*

(d.) Hæc consistit in rebus istis, quas enumeravimus *thes. VI.*

(e.) De hac cujuslibet loci statuta & speciales consuetudines inquirenti constare poterit.

### *Thesis IX.*

Delineavimus hæctenus Geradam ut constituendam: jam admonitu methodi promissæ assumimus Geradam ut constitutam. Hanc aspicere liceat in juribus, quæ in eâ competunt vel mulieri eandem

dem possidenti, vel proxima  
eiusdem cognata, vel Fi-  
sco. Primo loco de juribus  
foeminae Geradae possessoris.  
Hæc statuimus esse vel positi-  
va vel negativa. Jurium posi-  
tivorum non minimum est,  
quod Geradam, cujus domi-  
na vivo marito fuit (a.) omnis  
uxorata (b.) post mortem ma-  
riti absq; omni onere (c.) tan-  
quam proprium quoddam (d.)  
ex omnibus mariti domibus  
(e.) capiat (f.) Nisi vidua illa, si  
nobilis, portionem statutori-  
am vel hæreditatis (g.) si plebe-

D 2

ja,

ja, portionem ex Constit. E-  
lect. 20. §. ult. p. 3. sibi debitam  
(b.) eligere & capere velit, vel  
delictis suis Geradam amise-  
rit (i.), vel consuetudo cujusq;  
loci specialis in contrarium  
sit. (k.)

(4.) Hoc probamus (1.) quod marito omnis facultas dis-  
ponendi vel inter vivos vel mortis causa de rebus ad Utensilia  
pertinentibus sit adempta, prout id apud nostros longo usu in-  
valuisse testatur *Hartm. Pist. p. 1. q. 31. n. 7.* & observantia testis est o-  
mni exceptione major. Jam vero dominij effectus est liberrima  
rei dispositio, cujus totalis absentia cum Dominio esse nequit  
*arg. l. 21. C. mandat. l. 9. C. de juda. & cælic. l. 11. ff. de vi & vi arm.*  
Si itaque maritus Geradæ dominium non habet, habebit uxor,  
quia persona tertia non datur. (2.) quod uxor vivente marito  
de bonis Utensilibus disponere, & ea in alium transferre possit.  
*Const. Elect. 13. 14. p. 2.:* superstiti adhuc marito decedens illa nul-  
lâ adhibitâ distinctione, utrum ea à marito pervenerint, nec ne,  
ad proximam cognatam transmittat *art. 38. lib. 3. Land R. art. 23.*  
*in fin. Weichb.* Et quidem in tantum, ut maritus species istas,  
quæ ei debentur, non proprio jure retinere, sed à cognatâ per-  
cipere, vel ipsi cognata relinquere debeat. *art. 38. lib. 3. Land R.*  
Quod omne, nisi constante matrimonio etiamnum ad uxorem  
ista Utensilia pertinerent, facere non haberet *arg. l. nemo plus*  
*juris de R. I.* (3.) quod uxor non tantum mortuo marito, sed &  
vivo & ære alieno nimium gravato Geradam tanquam pro-  
prium quoddam petere & vindicare valeat *R. G. D. tit. 43. S.*  
*und*



und weil hierbey Carpzov p.1. Const. 28. def 94. num. 2.: quod portio-  
nem statutariam petens Geradam unâ cum alijs suis bonis con-  
ferre jubeatur Const 20. p. 3. cum tamen aliena collationi non  
sint obnoxia l. 6. C. de collat. l. 1. t. 3. §. 2. ff. eod. Et ne dubitandi ratio  
de titulo, cujus beneficio dominium mulier nacta sit, alicui re-  
linquatur, dicimus mulierem dominium vel titulo successi-  
onis, vel emptionis, quatenus ipsa filia comparaverit, vel ti-  
tulo donationis, quatenus à viro fuerint concessa, de quò *ib. VII*  
esse consecutam. Ruinam quidem huic assertioni nostræ dare  
videtur *gl. in art. 23. Weichb. num. 13. dicens*, Geradam non prius  
Geradæ nomen sortiri, quàm post mortem ejus, quæ Geradam  
post se relinquit. Verum intelligenda ista glossa est, non de  
Geradâ respectu mariti, sed respectu proximæ cognatæ: loqui-  
tur de cognatâ, non de ipsâ uxore *Harim. Pist. p. 1. qu. 31. num. 13.* Sic  
contraria nobis quam maximè esse videtur *addit. final. n. 3. art.*  
*37. lib. 1. Land R.* quâ traditur, uxorem demum mortuò maritò  
plenum Geradæ dominium consequi; ast vel ipsam satis refu-  
tari ex supra dictis putamus, vel declarandam ita censemus, ut  
id non ideò dicatur, quod maritus etiam simul aliquid juris ra-  
tione domini in Gerada obtineat, sed saltem ratione commu-  
nis possessionis *dieweil Mann und Weib in gesambter gewehr*  
*seyh lib. 1. art. 31 Land R. Jacob. Schultes in addit. ad Modestin. Pist.*  
*p. 1. qu. 14. n. 16. & seqq.* Quod autem de dominio mulieri etiam  
vivente marito in rebus Geradilibus acquisito diximus, hoc li-  
mitationem recipere præsumimus in omnibus, quæ ex prædijs  
mariti viduæ Geradæ nomine obvenire solent. Harum enim  
dominium vivente marito non habere videtur velle illustrissi-  
mus Constituens (cui sit vita & victoria!) in *R. G. D. tit. 43. S.*  
*und weil hierbey &c. in verbis von des Mannes Schaffen* ubi istas  
viduam lucrari disponit, si mariti omnibus alijs indifferenter  
creditoribus fuerit satisfactum. Si enim dominium harum qq.  
haberet, omnibus alijs indifferenter creditoribus mariti, sicut  
hoc privilegium habet ratione cæterarum rerum Geradilium,  
*Vid. quæ infra dicentur sub lit. d.* præferri debuisset. Quippe quod  
creditores non ex alterius tertij, sed debitoris bonis exolutio-  
nem petere debeant *R. G. D. tit. 42. verb. weil es wieder alle billig-*

est &c. & rei vindicatio supra omnes actiones personales & hypothecarias sit. *Rauchb. p.1. qu.6. n. 13.* Quanquam autem dominium harum ovium vivente marito penes mulierem non sit, alienationem tamen istarum pro lubitū marito non concedimus. Ratio est, quod hæ mulieri non ex provisione hominis, sed beneficio legis nihilominus debeantur. Omne autem lucrum ex lege datum privatus auferre non valet *Nov. 22. cap. 33. in fin. Matth. Berlich. p.3. concl. 9 n. 3. §. 4.*, & hoc etiam luculenter probat *Constit. Elect. 7. p.3. in verb. oder anders/ so ihr nach seinem Absterben &c.* Quæ omnia tamen intelligi volumus, si in fraudem mulieris ista alienatio peragatur, non verò, si vel necessitas, vel utilitas uxoris manifesta eandem suadeat. Fraudi enim conjugum jura subvenire voluerunt. *Dan. Moll. ad Const. Elect. 23. p. 3. n. 16.* Ergò inductum ad certum aliquem effectum non debet contrarium operari *l. 14. ff. de adim. vel transf. legat. l. 19. ff. de legat. 1.*

(b.) Sive fuerit nobilis, sive plebeja. Ut ut enim *art. 24. 20. §. 27. Land R. lib. 1. §. gl. in d. art. 24 verb. was aber dieses &c.* tantum de nobilibus viduis loquantur, usū tamen & observantia, cui præprimis inhærendum etiam hoc quoad Geradam in plebejis obtinuit *Goldb. de Gerad. c. 5. rubr. de primo ordin. succedend. n. 2.* Sive in conjugium Laico data fuerit, sive clerico: quippe cum consuetudo priscorum temporum, quibus de accipiendus textus in *art. 5. Land R. lib. 1. verb. aus des Pfaffen Gut &c.* in desuetudinem abierit, hodieque sacerdotibus matrimonium inire licitum sit. *Goldb. d. l. num. 7.*

(c.) Nimirum de Geradâ Uxorū nihil præstandum est, ut satisfiat creditoribus mariti, neque principaliter, neque in subsidium deficientibus alijs bonis mariti *gl. in art. 24. Land R. lib. 1. in verb. dieses ist geredet von der Frauen. N. G. D. tit. 43. §. und weil hterben.* Rationem hujus rei suppeditant nobis ea, quæ diximus *supra sub lit. a.* Quia enim Utensilia ad uxorem tanquam proprium quoddam spectant, quæ jure dominij mortuo marito petit, sequitur quod uxor de iisdem, ut de alijs bonis suis proprijs, creditoribus mariti satisfacere non teneatur, ne obligatio personalis non personam tantum debitoris, ejusdemque

hære.

hæredes hæreditario jure succedentes, sed etiam aliam extraneam personam sequi videatur *Contra tit. C. ne uxor pro marito l. 35. §. 1. ff. de hæred. instit. l. 1. C. si cert. petat. l. 1. §. 2. C. de hæred. act.* Equidem in conventu Misnico Constitutionum Electoralium compilatores Viduam in subsidium debita marito luere teneri existimabant, prout apparet ex *deliberat Lips. & Witteberg. vol. 2. part. 1. quest. 53.* A quibus illustrissimus Elector D. Augustus haud dissentiens, reclamantibus tamen nobilibus postea in scriptis Scabinatibus suæ ditionis pronunciare hæc in re inhibuit, ipsisque ut causas ejusmodi cognitioni suæ componendas relinquerent, intimavit. *Frider. Pensold. in not. ad Matth. Coler p. 2. decis. 286 n. 195.* Causa præcipua dissentientium compilatorum erat hæc: quod Utensilia bona ad Uxorem ex causâ lucrative venirent, debitum verò ereditores quæsiverint ex causâ onerosâ; absurdum autem sit, creditoribus jus suum persequentibus legitimum auxilium denegare, uxori verò pro lucro certanti suas partes leges accommodare. Verum hæc ipsorum ratio tanta non fuit, ut in eorum opinionem protrahere potuerit illustrissimum Constituentem in *Ordinat. Process. Judic. allegato art. 43. §. und weil hierbey.* Falsissimum enim istud, uxorem post mortem mariti ex bonis ejusdem Geradam ex causâ lucrative capere. Petit Geradam non tanquam nudum debitum ex lege & juris Saxonici dispositione, quale debitum Morgengaba & Cibaria domestica sunt, quibus de æs alienum mariti defuncti in subsidium est exsolvendum *N. B. D. tit. 43. §. und weil hierbey verb. aber die Morgengabe/* in tantum, ut uxor prius, quam satisfactum fuerit omnibus creditoribus mariti chirographarijs, exigere has res nequeat. *Carpzov. p. 1. Constit. 28. def. 94. n. 7.* sed istam petit tanquam bonum proprium, cujus consecutione neque damnum ipsi accrescit, neque lucrum, quod enim antea habuit, retinet. Ut ita verissimum maneat, æs alienum mariti viduam ne quidem in subsidium de Geradâ solvere teneri *Hartm. Pift. p. 1. qu. 31. & ejus frater Modestin. Pistor p. 1. q. 22. Christoph. Philipp. Richter tract. de privileg. credit pag. mibi 175. 176.* Quod in tantum procedit, ut nec mulier relatione bonorum Utensilium gravanda sit, si maritus eadem pro debitis oppi-  
gno;

gnoraverit. Cum enim superius dixerimus, marito omnem de rebus Utensilibus disponendi facultatem esse interdictam, & eum, qui de re quâpiam disponendi potestatem non habeat, eandem nec oppignorare posse, pateat ex *l. fin. C. de reb. alien. non alien.*, imò ex antea dictis dispalescat, uxorem etiam vivo marito dominam Geradæ existere, sanè ne id, quod directò prohibitum, obliquè concedamus *l. Avia §. Titio de condit. & demonstrat. l. antep. ff. de sponsal.* ac non domino disponendi de rebus alienis potestatem faciamus *contra. l. 20 ff. de A. R. D. l. 34 ff. de R. L.* etiam in hoc casu salvam & omnis oneris expertem inulieri debere manere Geradam dicimus *Hartm. Pist. p. 1. q. 31. num. 23. Dan. Moll. 2. Semest. 7. num. 1. Andr. Rauchb. p. 1. q. 6. n. 51. Carpzov. p. 2. C. 14. def. 63. & lib. 1. tit. 9. Resp. 93.* Non obstat nobis *art. 24 lib. 1. Land-Recht in fin.*; hunc enim, ut evitetur absurdum, de rebus ab ipsâ uxore defunctâ, vel cum consensu ipsius oppignoratis, ad stipulante *glossa in art. 23. Weichb. num. 30.* rectè accipit *Hartm. Pist. d. l. num. 28.* Favore tamen hoc non ubicunque gaudet vidua, quin limitatus invenitur variè. Etenim incumbet viduæ onus redemptionis Geradæ à marito oppignoratæ, si ejus consensu pignus fuerit contractum *art. 24 lib. 1. Land R. ubi gl. Weichb. art. 23. n. 30. Hartm. Pist. d. l. num. 36.* etiam si nudum consensum sine autoritate curatoris ad litem adhibuerit *Goldb. de Gerad. c. 9. n. 88. & 89.* Sic non immunia erunt bona Utensilia uxoris à solutione debiti à marito contracti ex ipsis faciendâ, ubi apparet & probatum fuerit, maritum in fraudem creditorum Geradam uxori immodicam comparasse, solâ æquitate suadente, deficientibus saltem bonis hæreditarijs, de Geradâ qq. satisfaciendum esse creditoribus *Hartm. Pist. d. l. num. 37. Dan. Moll. 2. Semest. c. 44. n. 3. Beust. de connub. c. 71. verb. item fallit. p. 2.* Nec aliud dicendum existimamus in casu, quo res ad Geradam pertinentes hæc conditione fuerint à marito acquisitæ, ut mox pro pretio inde persolvendo oppignoratæ essent, eo autem necdum soluto maritus decedat. Abstinentum quidem marito à dispositione & oppignoratione rerum Geradicarum jamdudum mulieri acquisitarum, non tamen insimul à dispositione rerum uxori nondum traditarum, nec Geradilium nomine vocari digna-

gna-

dignarum. Nullum etenim jus, nullum dominium mulieri ante perfectam earum emptionem & traditionem competit, ut inde obligationem factam impedire posset. In manu ac potestate mariti emptoris fuit, rem emptam cum tali ac tali accipere onere, quam ita acceptam cum onere suo & causâ ad uxorem, factâ traditione, transire l. 3. C. de servit. l. 1. §. pro secundo C. de caduc. tollend. non est dubitandum. Ut hinc meritò uxor de eò conventa, nullò habitò respectû utrum ex bonis hæreditarijs satisfieri queat, necne, istud sustinere debeat. *Andr. Rauchb. p. 1. q. 6. n. 49. & 50. Simon Ulricus Pist. in addit. ad Hartm. Pist. p. 1. qu. 31. lit. d. Carpzov. p. 2. C. 14. def. 64. & lib. 1. tit. 9. Resp. 93. Goldb. de Gerad. cap. 9. n. 80.* Deinde dum attribuimus viduæ Geradam absquè omni onere, istam proximo viri denati agnato culcitram militarem (den Heerpsüel) relinquere non teneri, nobis persuasum non habemus. Tantum enim abest, ut hæc culcitra agnatis non debeat, ut potius isti ratione hujus, quanquam ratione reliquorum ad res expeditorias pertinentium alijs postponantur creditoribus, viduæ Geradam petenti præferantur *art. 22. lib. 1. Sandk. in med. Coler p. 1. decis. 203. num. 6. Carpzov. p. 3. Constit. 38. def. 41.* Pertinet autem ad hanc lectus ab optimo secundus, cum pulvinari & duobus linteaminibus. Præter quam culcitram militarem vidua de Geradâ agnato isti etiam concedere necesse habet mappam unam & unum mantile. Quod ita procedit secundam communem harum provinciarum consuetudinem *Carpz. p. 3. C. 38. def. 25.* Secundû peculiare enim & speciales cujusq; loci consuetudines & statuta, peculiaris etiam & alius rerum, quas de Geradâ dare uxor obligata est, statutus est numerus. *Statutis Dresdensibus* ad easdem res, quas consuetudo harum provinciarum generalis aliàs requirit, proximo agnato concedendas vidua etiam adstringitur. *Vid. Statut. ejusdem civitatis supra allegata. Mysene & Lomnitzij* vidua proximo agnato relinquit duos lectos, duo linteamina, unum cervical, pulvinar, culcitram & pulvinar, quibus scamnum & sella insternuntur, mappam & mantile, & quidem species has omnes ab optimis secundas. *Vid. earum civitatum statuta. Mühlbergæ* vidua dare tenetur unum pulvinar, duo linteamina, unam mappam & man-

E

man.

mantile; Hic Wittebergæ verò unum lectum unum lecti o-  
pertorium, duo linteamina, unum pulvinar, unam mappam,  
unum mantile. juxta *statuta earundem*. Cœtera specialia indu-  
strius inquireret lector.

(d.) Certissimus & infallibilis istius, quod in Geradâ obti-  
net uxor, effectus dominij est, quod tam vivo quàm mortuo  
marito eandem vindicare possit. Hinc etiam in concursu  
creditorum in primâ classe ijs, qui ex dominio omnibus alijs  
præferuntur, respectu Geradæ annumerari consuevit creditori-  
bus. *N. G. D. tit. 43. §. und weil hierbey in verb. vor allen andern  
Gleublignern vergnügt werden. Carpzov. p. 1. Const. 28. def 94. num. 2.*

(e.) Sive ibidem habitaverit maritus sive non, sive certo  
pretio à marito fuerint conductæ, sive propriæ, sive extra sive  
intra territorium Saxonicum sint sitæ *art. 22. & 24. lib. 1. Land R. in  
verb. in jedlichen Hoffe Matth Coler. p. 1. c. 3. de P. E. num. mih. 270.  
& seqq. & p. 1. decis. 60. n. 75. Andr. Raucbb. p. 1. qu. 17. num. 17. & seqq.  
Dan. Moll. p. 3. Cöst 38. n. 13. Goldb. de Ger. cap 5. rubr. de reb. quas uxor  
& c. num. 2. & seqq. Berlich. p. 3. Conl. 28. num. mih. 96. & seqq. Car-  
pzov. p. 3. Const. 36. def. 3. 4. 5. 6. Possit autem quis cum Coler. p. 1. de-  
cis. 196. & gl. in art. 38. lib. 3. Land R. lit. e. objicere, res inter species  
Geradicæ numerari solitas alibi existentes in possessione mu-  
lieris non esse, nec inde, quod forma Geradæ desit, Geradam  
posse nominari, à quæ viduâ peti. Verum negamus, istas res  
non possideri à muliere. Ratio est, quod mobilia, & quæ eo-  
rum sequuntur naturam, qualia sunt res Geradicæ, non circum-  
scribântur loco *l. 16. ff. de pec. sed affixa quasi intelligantur ossibus  
ac personæ dominorum in loco, ubi fovent domicilium gl. in l.  
3. verb. e. a. v. ff. pro socio attestante ipso Col. de P. E. p. 1. c. 3. num. mih.  
254. Itaque si semel uxor easdem res à marito acceperit, ut ijs-  
dem instrueret domos, possessio ipsi semper adhærebit, nec ma-  
gis separari poterit à persona ejus, quàm anima separari potest  
à corpore. Fallit tamen hoc in ovibus, quas maritus in præ-  
dijs & stabulis locorum ubi Gerada incognita, ad agros perpe-  
tuò stercorendos habet. Has enim vidua, quod istarum domi-  
nium morte mariti demum consequatur, & de jure ac sub juris-  
dictione, ubi reperiuntur esse censentur *l. 84. §. legatum est 10.  
ff. de***

*ff. de legat. 1. l. 86. ff. de legat. 3. Carpzov. p. 2. C. 12. def. 15. nisi jure re-*  
*torhionis magistratus ejus loci, ubi sunt, id concedat, non lu-*  
*cratur. Andr. Rauchb. p. 1. q. 17. num. 25. 26. Berl. p. 3. concl. 28. n. 38.*  
Notanter autem dicimus, si in prædijs locorum, ubi Gerada inu-  
sitata, inveniantur, aliter enim obtinere existimamus, si in præ-  
dijs intra territorium Saxonicum sitis habeantur, cum sub juris-  
dictione Saxonica maneat. Hic etiam admonendi de eò su-  
mus, viduam è domibus certà pensione à marito conductis Ge-  
radam solùm illatam & investitam petere posse: cæteram tem-  
pore conductionis à marito acceptam non aliter, nisi locatori  
pensio plenariè exsoluta & inventarium restitutum sit. Cujus  
ipsius rationem esse putamus, quod illatæ Geradæ domina fue-  
rit uxor, & hinc eandem maritus oppignorare *expressè* non ha-  
buerit *l. 2. l. 6. §. ult. C. si alien. l. 6. C. quæ res pign. oblig. nec tacitè,*  
*ne tacitum potentius sit expressio l. 3. ff. de reb. credit. vid. R. & D.*  
*tit. 45. §. wenn auch etner verb. und dem / so es ihm abgemietet zu-*  
*ständig.* Quod privilegium in reliquâ Geradâ tempore condu-  
ctionis à marito acceptâ uxor non habet. Cum enim locato-  
ri ratione pensionis competat jus tacitæ hypothecæ in omni-  
bus bonis conductoris mariti prædio locato investitis atque il-  
latis, vel etiam in eo procreatis *l. 9. l. seq. ff. in quib. caus. pign. vel*  
*hypoth. l. 3. C. locat.* etiam sub hõc tacitæ hypothecæ pacto ad u-  
xorem pervenient res Utensiles.

(f) Non prius tamen, quàm post trigesimum ab obitu  
mariti diem *gl. Weichb. art. 23. num. 6.* Quia scilicet intra trigesi-  
mum hæreditas jacens neque à creditoribus, neque ab ipsis hæ-  
redibus molestari debet *art. 22. lib. 1. §. and R. ibiq. gl. Jacob. Schul-*  
*tes in addit. ad Rotschuh. de dotal. art. 25. num. 8.* Et quidem vel  
propriâ autoritate post trigesimum bonis mariti se immiscere  
vidua, & Geradam occupare poterit, vel eandem ab hæredibus  
petere. *Constit. Elect. 33. p. 3.* Quanquam melius sibi prospiciet,  
si illam voluntate & consensu hæredum apprehendat. Etenim,  
hõc ipsò sese exonerabit inventarij legitimè confecti exhibitio-  
nis, vel juratæ specificationis necessitate, ad quam propriò au-  
sû Geradam petens aliàs hæredibus, ne plus ultra debitum sibi  
sumpsisse, ac portionem suam haud absque injuria & damno

hæ.

hæredum, cui suspitioni vidua proter naturam sextis muliebris  
semper subjecta est, amplificasse videretur, erat obstricta *d. Con-*  
*stit. 33.* Imò si forsan hæredes viduæ Geradam petenti im-  
pedimento fuerint, quo minus eandem caperet, omne pe-  
riculum & damnum inde ortum hæredibus venit imputan-  
dum. Cum enim in morâ constituerentur hæredes *l. 23. pr. ff.*  
*de usur.* etiam ad istos omne periculum & damnum pertinebit  
*l. 23. l. 24. ff. de V. O. l. 5. ff. de R. C.* Hinc si res Geradiles cistis  
inclusæ forsan corrumpentur, quia species damni corrup-  
pere est *l. 27. §. 13. ff. ad L. Aquil.* vel causam dare, ut id fiat *l. 4. l.*  
*15. ff. de peric. & comm. rei vend.* de damnò insecutò viduæ hære-  
des tenebuntur *Wesenb. p. 3. Conf. 133. num. 83.* Animadvertendum  
autem viduam etiam lanam de ovibus intra istos triginta dies  
decerptam vel detonsam, ut & foetus ovium masculini & fœ-  
minini sexus dicto tempore procreatos consequi. Non qui-  
dem jure Geradæ, quia ad Geradam non pertinent, sed jure do-  
minij tanquam accessiones & fructus pecoris sui *l. 48 in fin. ff. de*  
*A. R. D. l. 16. C. de action. empt. Harm. Pist. quest. 34. p. 1. Carpzov. p. 2.*  
*C. 14. def. 23.* Quam primum enim maritus suum obiit diem,  
ovium dominium nanciscitur uxor; quidni ergo etiam ab hoc  
ipso tempore, divisione quantumvis nondum factâ, foetus ovi-  
um, & lana detonsa jure proprietatis ei cederent? Sed quid ju-  
ris, si vidua in communione cum liberis suis maneat? si filij  
cum matre in bonis mariti indivisis manent, sive uxorem ducat  
filius sive non, mater, quandocunque vult discedere, ita inte-  
grè percipit Geradam, atque ad illam pertinisset tempore mor-  
tis mariti defuncti *lib. 1. art. 20. §. bleibet* Sie aber bey den Kindern  
*art. 76. pr. & X. lib. 3. art. 24. Weichb. Goldb. de Ger. c. 5. tit. de primo or-*  
*din. succed. num. 23. & seqq.* Si verò mater cum filijs mansit, &  
unus filius uxorem duxerit, tunc nurus potior est in Geradâ  
percipiendâ, si mariti & suam ipsius possessionem quietam &  
dominium in eâ probare poterit. *art. 20. lib. 1. & and X §. bleibet sie*  
*aber Wittbe. Kling. Instit. tit. de bar. qua ab intest. at. rubr. de succes-*  
*sion. secund. jus Saxon. num. 5.*

(g.) Nobili de mortuo viduæ ex bonis ejus moribus Saxo-  
nicis debentur commestibilia, morgengaba, dotalitium. Qui-  
bus & Geradâ suâ contenta esse jubetur, nec plus ijs ex bonis  
pere-



petere mariti. In tantum, ut si quotam hæreditatis ex testamen-  
to mariti perciperet, simul his juribus gaudere non habeat.  
*Constit. Elect. 37. p. 3.* Integrum tamen ipsi est, relictis istis juribus  
vel bona illata repetere *Rosa ad Moller. C. 20. p. 3. n. 65.* ubi à peti-  
tione dotalitij *Constit. El. 44. p. 2.* Morgengabæ & commestibi-  
lium *gl. in art. 21. verb. stirbet aber daß Weiblib. 1. & R.* quod acces-  
soria hæc jura sint dotalitij, non tamen qq. Geradæ *Moll. ad Con-  
stit. 20. p. 3. n. 23. Matth. Kerlich. p. 3. concl. 27. num. 65.* excluditur,  
vel ad instar viduæ plebejæ succedere, & portionem statutariam  
accipere, quo ipso tamen, nisi pactis dotalibus aliud conven-  
tum, jacturam non tantum istorum jurium facit, sed etiam in-  
simul Geradam amittit. *Constit. El. 20. p. 3. Berl. p. 3. Concl. 50. n. 4.*  
*Moll in dict. Constit. num. 1.*

(b.) *Dict. Constit. Elect. 20. p. 3. §. Item aber der Verstorbene &c.*  
*verb. zu sampt der Gerade.* Etenim libera viduæ datur electio  
hâc ipsâ constitutione, vel trientem, si nulli adsint liberi, si ad-  
sint, quadrantem, bonis suis collatis, ex bonis defuncti petere  
mariti, vel illata sua retinere bona. Itaque si quartam vel ter-  
tiam elegerit, bona omnia, & per consequens qq. Geradam,  
conferendi ipsi imponitur necessitas. Nec hic excipimus Ge-  
radam, quæ consistit in proprio uxoris mundo & reliquis vesti-  
bus, puta catenis aureis, brachialibus, annulis, linô, alijsque  
ad Geradam quidem pertinentibus rebus, in dominio tamen  
& custodia uxoris ad ornamentum muliebri conservatis, uti  
volunt *Matth. Col. p. 1. dec. 62. n. 3. Matth. Berl. p. 3. concl. 29. num. 42.*  
*Reinh. Rosa ad Moller. C. 20. p. 3. n. 66.* Cum enim constitutio dicta  
generaliter loquatur (*alle ihre Güter / zusampt der Gerade*) nec di-  
stinguat, nostrum non esse distinguere hâc in parte putamus. Bo-  
na enim illa Utensilia quia uxor in dominio habet, propria ejus  
sunt, & hinc etiam inter bona uxoris, adeoq; sub voculâ (*alle*)  
disertè comprehenduntur. Omne qui dicit, nihil excludere  
videtur *can. si Romanorum 1. dist. 19. l. 68. pr. ubi Bartol. ff. de legat.*  
*3. c. solita 6. & ib. gl. ult. X. de major. & obed.* Præprimis quod à Sca-  
binis Lipsiensibus, quorum pronunciata vel sola consuetu-  
dinem in his terris facere valere testantur *Henning. Göden. conf.*  
*74. tit. de Legitima num. 5. vers. prout Scabini Lipsienses. Jacob.*  
*Schulz*

*Schultes in addit. ad Modest. Pist. p. 3 q. 122. n. 95.* aliter non fuerit observatum. *Carpzov. p. 3. C. 20. def. 27 num 7.* Et cum hoc optionis beneficio tantum gaudeant viduæ maritis ex hac *Constitutione 20.* succedentes, non certam ex statuto locali capientes portionem per rescriptum peculiare Christiani II. *Dresde 15. Decembr. Anno 1606.*, indistinctè ubi statutis localibus certus succedendi modus viduæ fuerit decretus, Geradam hanc mulierum, nisi vel per consuetudinem aliud introductum, vel concursus creditorum fiat *Matth. Berlich p. 3. Concl. 27. num. 74.* vel hæredes permittant *Berl. eod. num. 72.* collationi vigore hujus rescripti obnoxiam esse putamus. Non tamen aliter, nisi statutum istud locale expressè qq. collationem viduæ imponat *Moller. 2. Semestr 41.* Si enim nulla ibidem expressa sit mentio collationis facta, onere istius conjux superstea gravanda non est, *per ea que habet Matth. Berlich p. 3. concl. 27. n. 47.* quin & in dubio statuti localis verba ita semper sunt explicanda, quo minus proprias facultates adeoque Geradam vidua conferre teneatur. *Carpzov. p. 3. C. 20. def. 10.*

(i.) Si enim adulterium commiserit, Geradam petere non habet *lib. 1. art. 5. Land X. gl in lib 3. art. 74. sub lit. b. Land X. Goldb. de jur. Gerad. c. 9 n. 2. & seqq.* Non quidem hæc marito ( ut dos, paraphernalia *Dan. Moll. p. 4. Constit. 21. n. 3 Matth. Berlich. p. 4. concl. 29. n. 19.*) sed proximæ cognatæ, cui aliàs debetur, applicatur *Rauchb. p. 1 qu. 47. n. 37. Carpzov. p. 4. Const. 21. def. 2.* Sic Geradam perdit vidua, si nuptiæ præcedentes fuerint incestuosæ. *Virgul. Pingiez. quest. 12. num. 56.*

(k) Magna vis statutorum consuetudinumque est: derogant juri communi *l. 34. ff. de R. I. l. 9 ff. de J. U. J. & in ijs, ubi vigent, locis civilis juris naturam induunt l. 32. ff. de LL.* Hinc iudex quilibet sedulo eadem attendere debet, nisi negligendo ista magnam delirare insaniam velit videri *Baldo in l. data n. 19. C. qui accusat. & Farinac. cons. 105. in specul. 11. n. 479* Si tamen ullibi horum diligentissima duci debet ratio, certè eadem in materiâ Geradæ pensi haberi expedit. *gl latin. in art. 24. lit. d. lib. 1. Land X. Moller. ad Const. 38. n. 10. p. 3.* Quotusquisque enim est, qui non videat, peculiariora cujusq; loci super hæc materiâ extare  
Statu-

statuta & consuetudines. Vix dari poterit unus & alter locus in  
his provincijs, qui non alium ac diversum Geradae ex statuto  
vel consuetudine praefinitum agnoscat & habeat modum. Ita  
iste validè varius est, ut nec peristromata quidem aequè picta  
sint Campanica, neque Alexandrina belluata conchyliata ta-  
petia *Plaut in Pseud. act. 1. sc. 2. v. 12.* Quod ipsum etiam fieri con-  
tingit circa Geradam uxorum. Hæc pro varijs variorum loco-  
rum statutis varia est & variatur. *Statutis Dresdensibus* vidua ma-  
rito defuncto, & liberis relictis sumit omnes vestes muliebres, le-  
ctum optimum, unà cum duobus pulvinaribus, duobus lintea-  
minibus, unà stragulâ, & dimidiam coeterarum rerum geradili-  
um, alterâ dimidia liberis relictâ: si verò nulli adsunt liberi,  
totam lucratur Geradam. Quam ipsam semper, unà cum par-  
te bonorum mariti tertiâ statutis illius civitatis ipsi debitâ, vel  
bonis suis illatis, si de his tertiam liberis reliquerit partem, con-  
sequitur. *Vid. Statut. Dresdens. tb. VI alleg. tit. wie die Gerade verfäl-  
let werden soll & tit. was von Erbe uff etnes Verstorbenen Ehe-  
mannes verlassenes Weib &c.* Et hoc ita qq. *Pirna, Mühlberga*  
procedit, prout ex statutis ipsarum supra allegatis videre licet.  
*Misena*, si descendentes & ascendentes reliquerit maritus, vi-  
dua ejus retinet omnes vestes muliebres, omnia ornamenta,  
muliebria, frontale, annulos, fibulas, pacificalia aurea, & ar-  
gentea, omnia cingula & zonas, omne aurum & argentum ad or-  
namenta muliebria textum: adhæc lectum paratum, duo pulvi-  
naria, duo linteamina, unam stragulam, & lectum in quo cum  
marito quotidie dormire consuevit, unà cum supellectile quâ  
usa in puerperio (*Echstwochen gerethe*): reliquarum rerum Gera-  
dilium duas partes descendentes vel ascendentes mariti con-  
cedere debet, triente salvâ sibi relictâ; si vero nulli adsint mariti  
vel descendentes vel ascendentes, sed collaterales vel fiscus, to-  
tam Geradam præcipuam habet. Ubi itidem hanc ipsam sem-  
per cum portione Statutariâ, quæ est tertia pars bonorum ma-  
riti, si descendentes vel ascendentes ejus adsint, si collaterales,  
dimidia, absque ullo etiam collationis onere bonorum illato-  
rum, nisi in casu, ubi descendentes adfuerint, salvam accipit.  
*Vid. Statuta ejusdem urbis.* Ad quod simili modo per omnia ad-  
strin-

Stringitur vidua statutis quæ habentur *Lomnitzij*. Quid reli-  
quis in locis harum provinciarum specialiter statutis vel con-  
suetudinibus ipsorum fuerit introductum, lectorem lectura  
ipsorum & investigatio edocebit.

*Thesis X.*

Non infima etiam jura mu-  
lieribus possessoribus in Ge-  
radà competentia sunt, quod  
possint de eâdem inter vivos  
disponere (a.), eandem oppi-  
gnorare (b.), vendere (c.), dona-  
re (d.)

(a.) Licet Gerada non jure hæreditario vel titulo succes-  
sionis hæreditariæ, sed beneficio legis & ex speciali juris Saxo-  
nici provisione ac privilegio proximæ deferatur ac debeatur  
cognatæ *Dan. Moll. i. Semest. 11. n. 1. Joachim. à Beust. de jur. connub.*  
*part. 2. c. 71. vers. præterea etiam.* eò ipsò tamen administrandi  
potestas mulieribus, quæ eandem possident, non adimitur,  
quin potius pro lubitò de eâdem disponere habent. Ex quo  
enim bona Utensilia de numero eorum sunt, quæ in commer-  
cio mulieris habentur, ambigendum planè non est, quin & li-  
citè alienari ac in alias transferri possint. Debentur quidem  
hæc ex speciali legis provisione proximæ cognatæ, at non nisi  
mortuâ muliere, quæ istam possedit. Nullum jus quæsitum co-  
gnata in bonis Utensilibus ejus, quæ vivit habet: nulla ipsi in-  
de obligatio surgit *Moller. p. 2. C. 14. n. 1. Finckelth. Obs. 48. num. 6.*  
Quam primum possessor Geradæ decedit, tunc proximæ co-  
gna-

gnatae deberi incipit, tunc ipsi obligatio, tunc actio nascitur  
*gl. in art. 23. Weichb. n. 13. Item Buch kan Gerade.* Et hinc cum qui-  
libet sit rerum suarum moderator, & nemini prohibitum bona  
jure dominij cum liberâ administratione possessa alienare *l. 21.*  
*C. mandat. l. 9. §. fin. de donat.* non potest non etiam mulier solu-  
ta vel conjugata res Geradicas, quovis licito & lege non prohi-  
bito modo in alium transferre. Ita ut consensus proximæ co-  
gnatae, quem ad omnem malam suspicionem evitandam adhi-  
bendum consulit *Goldbec de Gerad. c. 7. membr. 1. n. 34.* adhiben-  
dus non sit *Moller. 2. Semestr. 6. n. 2. Finckelth O. 48. n. 24.* Non ob-  
stante *gl. dehn R. art. 7. n. 10.* quam vel ad alienationem, quæ fit  
per ultimam voluntatem, & sine proximæ cognatæ consensu  
haud valida habetur, restringimus. vel observantiâ immutatam  
dicimus. Illud non tam expeditum est, majorennis conjuga-  
ta utrum absque voluntate & consensu mariti Geradam in ali-  
um alienare habeat? Negant hoc *Andr. Goldbec de Gerad. c. 7.*  
*membr. 3. n. 104. Matth. Berlich part. 2. concl. 16. n. 28. Schultes in ad-*  
*dit. ad Modest. Pistor quest. 14. n. 18. 9. 20.* inhærentes generali-  
tati textus in *Land R. lib. 1. art. 21. vers. Item Weib magistres Gues-*  
*etwas C. C. art. 45. vers. ein Weib mag auch.* Verum cum ratio,  
quæ magis quam verba attendi amat, propter quam invalida  
habeatur alienatio bonorum mulieris absque consensu mariti  
facta, in rebus Geradilibus quandoque cesset, cessare interdum  
eandem dispositionem in istis pro certo tenemus. Causa cre-  
nim vera prohibitæ alienationis sine consensu mariti est, quod  
marito in bonis uxoris competat ususfructus & usus *gl. in art.*  
*31. lib. 1. Land R. lit. a. pr. C. art. 45. lib. 1. Land R. Raud h. p. 1. qu. 2. n.*  
*45.* qui ab uxore proprietariâ marito usufructuario & Ulurario  
nec adimi nec turbari queat *l. uti frui §. ult. ff. si usufr. petat. gl. d.*  
*art. 31. lit. e.* Hæc autem in rebus Geradilibus semper locum  
invenire nequit; utpote quarum nonnullæ ipsò usu majori  
ex parte consumuntur §. 2. *Inst. de usufr. &* ex quibus præter usum  
uxoris ut plurimum ei reservatum parum commodi in mari-  
tum redundat *Carpzov. disput. de donat. Gerad. th. 19.* Alioquin si  
Gerada uxoris ex lectis, cervicalibus, pulvinaribus, culcitris  
plumeis, linteaminibus, mappis, mantilibus, pelvibus balnea-

fibus, alieno, ealdario subsisteret, non dubitamus eum supra  
dictis Autoribus asserere, istius distractionem, quâ communis  
rei familiaris usus invertitur, maritoque novas coemendi spe-  
cies necessitas imponitur, sine consensu mariti haud subsistere  
posse. Militat enim hic ratio textus *lib. 1. art. 21. verb. fests  
Weib* ergo etiam militabit ejusdem dispositio. Sic semper ne-  
cessarius mariti consensus est, quando marito superstiti ex sta-  
tuto vel consuetudine quorundam locorum Gerada deferri  
contingit: Cum enim lucrum statutarium conjugii superstiti  
ex bonis defuncti debitum, neque per ultimam voluntatem,  
*Constit. El. 7. p. 3.* neque contractus inter vivos in fraudem & præ-  
judicium conjugis superstitis insigni celebratos *Virgil. Pingit  
quest. 28. n. 12. Hier. Panschm. p. 2. qu. 5.* auferri debeat, nulla et-  
iam dispositio de Gerada marito debita non necessitatis aut  
utilitatis causa facta absque consensu mariti mulieri permit-  
tenda erit. *Berlich. p. 3. concl. 9. n. 27. Finckelth. Obs. 81. num. 24. Car-  
pov. disput. dict. th. 20. § p. 3. Constit. 7. def. 6.* Illud notum, tu-  
torem & curatorem Geradam impuberis & minorennis alie-  
nare posse, si res in ista contentæ sint tales, quæ servando servari  
nequeant *arg. l. 7. §. 1. ff. de administr. tut. l. 4. C. quand. decret. opus  
non est. Moller. 2. Semestr. 6. Wesenb. cons. 29. n. 3. p. 2. Andr. Goldbec.  
c. 7. membr. 1. n. 33. Finckelth. O. 48.* Cæteroque si servando servari  
possunt, quales sunt res pretiosæ, quæ & immobilibus compa-  
rantur *Rauchb. p. 1. qu. 26. n. 34.* absque speciali magistratus de-  
creto alienari non poterunt *l. 22. C. de administr. tut. Finckelth. d.  
l. num. 20. § seqq. Carpov. p. 2. C. 14. def. 69.* Quod æquè procedit  
in patre, cum & hic legitimus administrator sit bonorum ad-  
ventitiorum *l. fin. C. de curat. furios. l. ult. C. de bon. que lib. Carpov.  
p. 2. C. 10. def. 11.* & ista extra causam æris alieni *d. l. ult. §. 4. C. de bon.  
que liber.*, & quando onerosa sunt, vel quocunque modo da-  
mnosa *d. l. ult. §. 5.* alienare absque solennitatibus non habeat  
*d. l. ult. §. 5. verb. non tamen licentia & c. l. 4. C. eod. l. 1. C. de bon. ma-  
sern.* Hinc Geradam à patre alio & diverso modo alienatam, fio-  
lia omni jure quin vindicare possit, cum ejusdem domina man-  
setit *l. 15. l. 16. C. de præd. min. sin. decret. l. 4. C. de bon. que lib. l. 23. ff.  
de R. V.* non dubitamus. Nec obistere ei poterit, si hæres patris  
fa-

facta, ubi pro portione, in qua successit, factum defuncti haud impugnare, sed ratum habere jubetur *l. cum à matre 14. C. de R. V. l. 7. C. de lib. caus. l. 14 de R. I.* Cum id demum locum habeat, quando alienatio à defuncto facta per se nulla non est *l. quemadmodum 7. C. de Agricol. & censit.* Jam venditio & alienatio Geradae, quae servando servari potest, sine decreto magistratus facta, ipso jure nulla est *l. 22. in fin. verb. jam E. venditio & c. C. de admin. tut. Carpzov. p. 2. C. 14. def. ult. Diss. Simon. Utric. Pist. in addit. ad Hartm. Pist. Obs. 190.* Quod in tantum procedit, ut statutum, quale est *Pirnae, Mühlberga*, quod permittit marito, ut defunctae uxoris Utensilia in utilitatem filiarum convertat, non ita intelligendum sit, quasi ea, quae servando servari possunt, quoque vendere & alienare habeat, sed potius conservet, & filiabus debito tempore restituat, prout Facultatem Juridicam Jenensem *Statutum Hallense* ita interpretatam fuisse testatur *Christ. Philipp. Richter p. 1. decis. 3. n. 9.* Illud silentij supparò nec involvendum, Statutis nonnullis, qualia sunt *Misena & Lomnitzij*, patrem auctoritate & consensu Senatùs singulas res Geradiles designatas certo loco deponere, & ita filiabus asservare teneri.

(b.) *Lib. 1. SandX. art. 24 & ibi gl. lit. o. gl. Weichb. art. 23. n. 30. 31. Hartm. Pistor. p. 1. qu. 31. n. 28.* Et tunc ejus luitio non ad maritum vel heredem, sed ipsam uxorem vel cognatam pertinet. *art. 24. lib. 1. SandX. in fin. Dan. Moller. ad Constit. Elect. 23. n. 7. p. 3.* nisi pecunia pro Gerada oppignorata mutuo accepta in communem rei familiaris usum conversa, & inde hereditas aucta fuerit *Carpzov. p. 2. C. 14. def. 67. 68.* Ad quem enim spectat commodum, illum sequi necesse est q. q. onus & incommodum *s. 55. de R. L. in sexto l. 10. ff. de R. I. Weichb. art. 23. ibi gl. n. 31.*

(c.) *Dan. Moller. ad Constit. Elect. 13 p. 2. n. 13. & lib. 2. Semestr. c. 6. pr.* Sic tutor filiae impuberis Geradam, scilicet quae servando servari non potest, *juxta tradita sub lit. a.* vel patri vel alio vendere potest *Moller. 2. Semestr. c. 6.* Sic uxor in maritum Geradam per venditionem alienare valet *Goldb. de Gerad. c. 7. membr. 4. n. 61.* Cum enim sola donatio inter conjuges prohibeatur, ceteros contractus inter istos subsistere posse asseritur. *Matth. Berl. p. 2.*

**C.15. n. 50** Nec vacillabit hæc venditio, quamvis minori pretio quam revera valebat, fuerit facta. In eo quidem ipsa, quod plaris valet Gerada vendita, quam est pretium, donatio censetur, verum non donatio Geradae, quæ inter maritum & uxorem, nec subsistere inter vivos, nec morte confirmari queat *Const. 13. p. 2. §. diese donation.* sed donatio pretij, quæ licet & ipsa inter conjuges firma haud sit *l. 5. §. circa venditionem ff. de donat. int. vir & ux.* morte tamen omninò confirmari potest *l. 32. ff. eod. tit. lib. 1. Land R. art. 31. §. darumb mag kein Weib Carpzov. p. 2. C. 13. def. 11.* In tantum, ut si uxor venditrix id quod justo defuit pretio, uti poterat, non reperierit, defunctâ eâ cognata residuum justî valoris repetere non habeat. Neque etiam, si Gerada plus dimidio pretij valuerit, *ex l. 2. C. de rescind. vendit.* adversus maritum experiri valebit. Uxor enim sciens & volens, quia omnes mulieres rerum Geradilium valorem exactè scire solent, Geradam tam vili pretio marito vendidisse, & hinc beneficium *l. 2. C. de rescind. vendit.* cessare fecisse præsumitur *Carpzov. d. l. def. 12.* Imò & pretium, pro quo vendita Gerada, si vivente uxore non fuerit solutum, post mortem illius tanquam rem mobilem lucratur maritus. *Dan. Moller. p. 2. C. 13. n. 13. sub. fin. ibiq. Rosa* Et quia æstimatio facit venditionem *l. 1. l. 3. ff. pro empt. l. 21. §. 2. ff. de evict.*, Utensilia certâ pecuniæ summâ ab uxore æstimata pro venditis marito haberi certissimum est. Ita ut uxore mortuâ, cognata proxima neque ea ipsa, quia per æstimationem propria marito sunt facta, neque pretium, quia tanquam bonum mobile post mortem uxoris luero cedit marito, petere valeat. *Matth. Berlich. p. 3. concl. 29. n. 100.* Cum autem uxor cum marito contrahere nullo modo queat, nisi interveniente peculiari curatore, qui uxori auctoritatem præstet *Andr. Rauebb. p. 1. q. 32. pr. Berl. p. 2. concl. 17. n. 15.* neque hanc venditionem Geradae cum marito absque peculiaris curatoris consensu à muliere validè celebrari posse censemus. Sic nec ob defectum curatoris peculiaris pecuniam ex venditione Geradae alicui extraneo per mulierem consentiente marito factâ redactam maritus lucrabitur. Subsistit quidem ejusmodi venditio *per Const. El. 15. p. 2. §. gleicher gestalt Moller. ibid. n. 3. Andr. Rauebb. p. 1. q. 2. n. 39 Berlich.*



lich p. 2. concl. 17. n. 17. pretium tamen ex distractione ista redactum usui non marito, sed hæredibus uxoris cedit. *Carpzov. p. 2. decis. 145.*

(d) *Addit. lat. ad art. 27. §. X. lib. 1. Const. El. 14 p. 2. ubi Moller. Carpz. Job. Schneidw. tit. Inst. de donation. n. 18.* Nec tantum particularem, sed & universalem, ita ut ne minimum proximæ relinqui necesse sit cognatæ *Dan. Moll. 1. Sem. 11. n. 4.* Additionator quidem *ad gl. art. 27. n. 3. §. gl. latin. ad text. germ. in art. 31. lit. l. lib. 1. Land X.* hanc non subsistere ajunt, nisi proximæ cognatæ saltem quid minimi remaneat; verum satis manifestè refelluntur verbis *Constit. Elect. 14. p. 2. ib.* aber durch die übergabe unter den Lebendigen &c. quæ tam generalia sunt, ut nec minimum quid excipere liceat *Matth. Berl. p. 2. concl. 16, n. 48. Goldb. de Gerad. c. 7. mēb. 2. n. 29.* Non tamen hæc facultate donandi Geradam omnes indifferenter gaudent mulieres, sed tantummodo eæ, quæ justæ ætatis sunt, actumque donationis celebrare valent. Minorenibus enim tantum abest, ut id facere fas sit, ut nec donationem istarum decretum magistratûs juvare possint *l. ult. verb. cum autem donationes C. si maj. fact. alienat. fact. §. per ea, qua tradit Carpzov. disput. de donat. Gerad. 1b. 17.* Multominus itaque valebit donatio Geradæ à tutore celebrata, vel à patre facta novercæ. Cum enim hoc ipsum ipsis puellis impuberibus & mulieribus minoribus, etiamsi decretum judicis habeant, interdictum sit *d. l. ult. verb. cum autem donationes*, nec integrum erit tutoribus, curatoribus, ac patribus legitimis bonorum adventitiorum filiarum administratoribus: utpote quibus injunctum, utiliter bona administrare, non ijs minores privare & spoliare *l. 7. §. si tutor. ff. pro emptor. l. 12. §. 1 ff. de administr. tut. l. 4. l. ult. §. 5. verb. non autem licentia C. de bon. que lib.* Ita ut ambigendum haud sit, bona Utenilia à tutore, curatore, patre dono data secundæ uxori vel alicui alteri à filiâ revocari ac vindicari posse. *Hartm. Pist. Obs. 190.* Sic nec omnibus ac singulis donari amat Gerada. In maritum per donationem eandem uxor transferre non potest *Constit. Elect. 13. p. 2. gl. art. 31. lib. 1. Land X. §. art. 65. Weichb* Ratio est, quod nulla donatio inter uxorem & maritum subsistere queat *l. 1 ff. de donat. int. vir. & ux. art. 31. §. darûn. 5*

mag sein Weib. lib. 1. LandR. Et quanquam ejusmodi donatio  
morte donatoris suam aliàs subsistentiã, accipiat *l. cum hic status*  
*32. ff. de donat. int. vir. & ux* Geradæ tamen id minus aptè accom-  
modabitur, cum confirmatio per mortem donantis superveni-  
entem in ultimam incidat voluntatem *l. donationes quas. C. de*  
*donat. int. vir. & ux. l. 12. C. ad L. Falcid.* quam Gerada abomina-  
tur. *vid. th. XII.* Non tamen hic excludimus donationem rerum  
nonnullarum Geradilium in festo Nativitatis Christi marito ab  
uxore factam. Religio enim est universali Germaniæ obser-  
vantia, ejusmodi donationem in memoriam Dei incarnati ce-  
lebratam rescindere. *Carpzov. p. 2 C. 13. def. 20.* Posset & hic quis  
patrem excipere, quod donatio Geradæ ei à filiã majorenni non  
emancipatã facta, cum inter has personas nulla efficax sit obli-  
gatio *l. 50. ff. ad SCT. Trebell.* pro unã eãdemque personã haber-  
antur *l. ult. C. de impub. & al. substit. l. cum scimus §. ult. C. de agric.*  
*& censit. §. 4. Inst. de inur. stipul.* haud subsistat. Verum eò deve-  
niendum non est, quia in forò nostrò Saxonico ex observantiã &  
consuetudine donatio mobilium à filijs parenti facta non im-  
probatur *gl. ix. latin. art. 10. lib. 1. LandR. in f. & gl. lit. b. ad ix ger-*  
*man. Coler. p. 1. decis. 13. n. 3.* & toties, quoties pater rem donatam  
accipit, filiam filiumve emancipasse censetur, ita ut amplius  
una caro & una persona non sint. *Vid. latius hac de re Carpzov.*  
*tit. 10. l. 6. Resp. 118 n. 8. & seqq.* Porro donare mulier Geradam  
suam potest vel retentò ejus usû ad dies vitæ, vel sub conditio-  
ne retrodonandi, si nupserit, si ægrota revaluerit &c. Prius ex-  
pressè probat *Constit. 14 p. 2. verb. sin. und in allen diesen fällen &c.*  
nec à jure civili alienum *l. 28. C. de donat. l. 42. pr. ff. de mort. caus.*  
*donat.* Et hãc sub conditione si donaverit, donatrix nec cautio-  
nem, quæ fundamentum aliàs, quod vestium & similiarum re-  
rum, in quibus Gerada consistit, detur ususfructus §. 2. *Inst. de*  
*usufr.* præstare, nec satisdare, ad quod usuarius aliàs tenetur  
*l. 5. §. 1. ff. usufr. quemadm. capere.* cogenda erit. *Reinh. Rosa ad*  
*Moller p. 2. C. 14. n. 5.* quia incivile esset, tale quid exigere à do-  
natrice, quæ ex liberalitate beneficium contulit *l. 62. ff. de edil.*  
*edict.* Posterius qq. concedunt leges *l. 2. & 3. C. de donat. qua sub*  
*mod. &c.* eòque maximè consulitur mulieribus, metu mortis  
im.

imminentis donantibus, ne reconualescentes ea carere necessi-  
se habeant. *Carpzov. disput. de donat. Gerad. lb. 50.*

### *Thesis XI.*

Si modo donatio ista legi-  
timis suis constet solennita-  
tibus (a.), & ritè ac debitè tam  
judicialis (b.), quàm extrajudi-  
cialis (c.), & antidoralis (d.) per-  
acta sit. Iis enim demum ob-  
servatis (e.) suam firmitatem  
(f.) habet.

(a.) Donationis titulo quidem Geradam in alium alienare  
jura Saxonica mulieri permiserunt, ne tamen blanditijs ac fal-  
sis persuasionibus ob sexus imbecillitatem ad donandum faci-  
lè se induci patiatur, insimul donationem istam certis constare  
voluerunt requisitis. Scilicet donationem Geradæ universa-  
lis, non qq. unius vel alterius rei particularis ad Geradam per-  
tinentis *Simon Ulric. Pist. in addit. ad Hartm. Pist. O. 190. n. 14. Dan.  
Moll. ad Constit. 14. p. 2. n. 7.* Requisite ista in communia & ejus-  
que donationis peculiaria dividimus. Communium primum est  
præsentia donatricis, quæ & in donatione judiciali *Const. Elect.  
14. p. 2. verb. in ihren beyf in/* & in donatione extrajudiciali *d.  
Const. verb. so aber eine /* & antidorali, in qua omnia formalia  
*d. Const. 14.* notata observantur *Sigismund. Finckelb. Obs. 103. n. 6.*  
omnino est necessaria. Ita ut non per intermediam personam  
adesse donatrix possit. Specialis enim hæc donatio, quæ non

nudò perficitur consensu, sed traditionem ipsam à donatrice peragendam requirit. *d. Const. 14*. Et quanquam, prout infra dicemus, donatarius per procuratorem adesse possit, ad donatricem tamen ob verba expressa in *Const. 14*. (in ihren beyseyn) / & quod de mulieris alias falli facilis maximo præjudicio agatur, trahendum non est. Alterum, ut curator mulieri adsistat: in judiciali donatione quidem & antidotali curator ad litem *d. Constitut. 14. verb. durch ihren Kriegtischen Vormunden* / & ne in suam rem maritus autor fiat *contr. §. ultim. Institut. de autor. tut.*; in extrajudiciali etiam curator conjugalis. In judiciali donatione curatoris præsentiam necessariam esse non ambigitur, cum hoc per verba *d. Constit. 14. durch ihren Kriegtischen Vormunden* / satis clarum evadat: nec dubitare licet de eò quoad donationem antidotalem per ea, quæ tradunt *Berlich. p. 2. C. 15. n. 54. Moller. ad Constit. Elect. 13. n. 11 p. 2. Goldbec. de Gerad. cap. 7 memb. 4. n. 91 Carpz. p. 2. C. 13 def. 5*. An autem in extrajudiciali donatione requiratur, terram disputationis quammaximè inter sese trahunt juris Saxonici interpretes. Negativam defendunt *Jacob. Thoming. decis. 6. n. 22. Andr. Goldbec. de Gerad. c. 7. membr. 3. n. 136. Carpz. p. 2. C. 14. def. 17*. Affirmativam propugnant *Matth. Berlich. p. 2. concl. 16. n. 24. Sigism. Finckelth. Obs. 2. Hahn. in Observ. ad Wesenb. part. 2. p. m. 189*. quibus cum & nos facimus. Generaliter enim constitutum, mulierem non aliter agere, contrahere, alienare posse, & in judicio & extrajudicium, nisi curatoris sui interventu *Constit. Elect. 15. p. 2*. Conceditur quidem *ead. Const. 15. §. gleicher gestalt* viduis & virginibus facultas curatore non interveniente alienandi mobilia: verum conceditur viduis & virginibus, non quæ maritatis: conceditur in rebus mobilibus, non quoque loco immobilium haberi solitis: conceditur non indeterminate, sed ijs in casibus, in quibus jura alienationem mobilium permittunt. Jam nostram Geradam extrajudicium absque curatore non tantùm soluræ mulieres, sed & maritatæ donare possunt: imò Gerada maximà ex parte constare solet rebus pretiosis, quæ immobilibus comparantur *Andr. Rauchb. p. 1. qu. 26. n. 34* & si etiam mera mobilia sub se comprehendat, non tamen ejusmodi sunt, quorum alienatio

jure

jure concedente fieri possit. Geradae enim donatio, ne in praesudicium donatricis, & inde venturum proximae cognatae damnum suscipiatur, certis munita fuit solennitatibus. Ad quod ipsum etiam Elector illustrissimus in *d. Const. 15. §. gleicher gestalt in verbis* so weit die Rechte zulassen respezisse videtur, prout tradunt *Matth. Berlich p. 2. C. 17. n. 86. & Dan. Moll. ad Constit. 15. p. 3. n. 75. in fin.* Quanquam autem *Constit. 14. p. 2. §.* so aber eine curatoris consensum non requirat, voluit tamen istum alibi in *Const. 15. p. 2.*, imò voluit istum etiam in *Const. 14. pr.*, quem iterum in membro posteriori, quod exprimit speciales solum donationis extrajudicialis solennitates, communibus in suo vigore relictis, inculcare superfluum fuisset. Et si haec argumentandi ratio valeret, nec consensus donatricis, nec consensus curatoris in maritata, quem tamen contrariam amplectentes opinionem requirunt, quod istius nulla expressa mentio *in dict. §.* so aber eine fiat, necessarius esset. Hanc sententiam in sententiando sequitur Facultas Juridica Lipsiensis, attestante *Finckelth. Observ. 2. num. 20. & ipso Carpzov. dict. def. 17. p. 2. C. 14.* Tercium requisitum est praesentia donatarij *d. Const. 14. verb. in ihren beyseyn/ dem donatario. & c. & in fine: dem donatario & c.* In tantum, ut quidem procurator ab ipso donatario ad acceptandum constitutus sufficiat, consensus tamen & voluntas donatarij per epistolam vel nuncium declarata idem non efficiat *Carpzov. disput. de donat. Gerad. th. 24* Cujus ipsius causam hanc esse autumamus, quod istic persona habeatur, cui Gerada vel claves cum specificatione possint exhiberi, & ita forma *in dict. Constitut. 14.* praescripta observari; hic verò illa deficiat. *Ultimum* est, ut tradantur res Geradiles *dict. Constitut.* Ex quo donatio Geradae à donatione simplici differt. Simplex enim nudò perficitur consensu *l. 35. §. ult. C. de donat.* haec pro formâ traditionem habet. Illa dominium non transfert, sed saltem obligationem parit, estque titulus tantum transferendi & acquirendi dominium *d. l. 35. §. 5. C. de donat.* Haec quia traditionem ad suam existentiam requirit, dominium transfert *arg. l. 20. ff. de A. R. D. l. 20. C. de pact.* & ipsa est acquisitio vel modus transferendi dominij. Qualem autem traditionem qualibet

Donatio Geradæ in specie requiratur, inter peculiaria cujusque  
requisita enumeranda locus dicendi erit.

(b.) Donationi judiciali hæc præscripta forma est: (1.) ut fiat  
in iudicio, coram iudice pro tribunali sedente *Constit. Elect. 14.*  
*pr. verb. vor Gerichte* vel etiam in ædibus donatricis, coram Sca-  
binis ad hujus instantiam & specialem requisitionem autorita-  
te judiciali ad hunc actum ablegatis *d. Const. verb. do auch vor  
Gerichts wegen etliche Personen.* Ubi enim iudex, ibi acta *l. 7. l. 8.*  
*ff. de manum. vindict.* Nec refert, utrum coram iudice, quem  
donatrix aut donatarius pro suo vel agnoscit, vel non agnoscit  
magistratum, donatio instituat, modo ordinariam habeat ju-  
risdictionem. *Carpzov. disp. de donat. Gerad. tb. 27.* (2.) ut res Ge-  
radicæ realiter offerantur & donatario tradantur: quod fieri  
poterit vel *fictè*, oblatione clavium ad cistas & capsas, in quibus  
species donatæ domi vel alibi asservantur, unâ cum specifica-  
tione rerum Geradilium, non quidem omnium & singularium,  
prout vult *Berlich. p. 2. concl. 16. num. 32.* sed ex receptâ observan-  
tiâ quarundam universalem cæterarum clausulam annexam  
habentium *Dan. Moller. d. Constit. n. 7. ibiq. Reinh. Res. Carpzov. d.  
Const. def. 12. § tit. 7. lib. 5. Resp. 60. n. 9. dict. Const. in verb. ein Bero-  
zeugnis &c.* quâ traditione etiam jure civili dominium trans-  
fertur, æquè ac ipsæ res traditæ sint *§. 45. ibi Schneidw. Inst. de R.  
D l. 7 4 ff. de contrab. empt. l. 1. §. pen. ff. de A. P.* Vel verè, traditio-  
ne ipsarum rerum, quæ in donatione extra iudicium in ædibus  
donatricis, ubi res præsentibus sunt, fieri potest. Tunc autem  
neque clavium traditio, neque designatio necessaria est. Partes  
enim sunt hæc fictæ traditionis, quæ unâ cum requisitis suis ces-  
sat, ubi veritas locum sortitur *l. 8. de cast. pec.* (3.) ut libro judi-  
cij publico totus actus donationis inseratur *dict. Constit. in verb.  
welches hernach &c.*

(c.) Extrajudicialis donatio sequentibus vinculata est re-  
quisitis. (1.) Fieri debet in præsentia duorum vel trium testium,  
vel etiam Notarij & testium *d. Constit. §. so aber eine verb. in bey-  
seyn zweyer &c.* (2.) Res Geradicæ quingentorum aureorum  
hungaricorum valorem superare non debent. *d. Const. verb. und  
die Stücke &c.* (3.) Res Geradicæ tradantur, necesse est *d. Constit.  
verb*

verb. auch daneben &c. Quæ traditio æquæ ac in donatione judiciali vel vera vel ficta esse potest. Verè exhibentur, cum res ipsæ Geradicæ offerantur. *d. Constit. verb. auch daneben. &c.* Fictè verò si in conspectu arcarum, quibus res Geradiles continentur, claves fuerint traditæ. *d. Constit. verb. jedoch / so müssen die Schlüssel.*

(*d.*) Uxorem marito Geradam donare prohiberi præcedente thesi *sub. lit. d.* probavimus. Ut tamen & hóc titulo percipere Geradam habeat maritus, & liberalitatem suam aliquo modo erga ipsum uxor exercere possit, donatio quæ intuitu remunerationis fit, uxori fuit permessa *Constit. Elect. 13. p. 2. §. weit aber die donatio &c.* Cum enim antidoralis donatio, quod propriè donatio non sit *l. Aquilius ff. de donat.* inter conjuges ab initio statim subsistat, nec aliquâ per mortem indigeat confirmatione *l. 7. §. 2. ff. de donat. int. vir. & ux. l. 25. ff. eod. l. 3. ff. pro donat. Gal. 2. O. 40. n. 7. Myns. 2. O. 33 n. 6.* eò facilius cessante causa prohibitionis, concedi potuit. Non libera tamen solennitatibus, sed suis certis, quibus facilitati mulierum in distrahendâ Geradâ, persuasionibus immoderatis & sollicitationibus maritorum non sine damno inde oriundo tandem proximæ cognatæ oriri solitæ occurratur, adstricta requisitis. Hinc ista formalia, quæ habentur *Constit. 14. p. 2* etiam in hac donationis specie strictè observari debent. *Finckelth. Obs. 103. Andr. Goldbec. cap. 7. memb. 4. n. 38.* Idque non tam vigore *Constit. 14.* solam donationem, qualis nostra propriè non est, certis alligatam volentis requisitis, quam observantiæ dictam *Constit. 14.* etiam ad hanc remuneratorem donationem extendentis, prout se observasse in Scabinatû Lipsiensi testatur *Carpzov. p. 2. C. 12. def. 6. n. 6.* Hinc in loco judicij, vel coram personis nomine judicij ad hoc missis, aut coram testibus & Notario fieri debet: in judicio si fiat, claves cum designatione rerum donatarum, si coram Notario & testibus, claves in conspectû cistarum & capsarum, quibus eæ res continentur, vel res ipsæ veniunt tradendæ *Carpz. d. l. def. 6. & 7.* Nec tantùm illa generalia solennia hæc donatio habet, quin & specialioribus gaudet. Primum est vera & actualis remuneratio. Antidoralis donatio quædam permutatio est *gl. in*

*§. 2. ff. de donat. int. vir. & ux. Raucbb. qu. 11. p. 2. n. 17.* at permutatio traditionem ab utraque parte jam factam præsupponit. *l. 1. ff. de rer. permut.* Hinc remuneratio ipso actû adesse debet, nec sufficit in hoc vel illud tempus esse dilatam. *Berlich. p. 2. C. 15. n. 37.* cum talis donatio simplex potius quàm reciproca habeatur *l. 48. ff. de donat. int. vir. & ux. Bocer de donat. c. 12. num. 6.* Vera etiam remuneratio sit necesse est, ad quam donatarius aliàs ratione officij maritalis non tenebatur. In necessitatibus enim nemo liberalis existit. *l. 50 ff. de R. N. l. 84. ff. de hered. instit. Berl. p. 2. C. 15. n. 53.* Hæc ipsa autem non præsumitur, sed allegari & probari debet. Usque adeò ut nec assertioni speciali donatricis, quia invalida aliàs & prohibita hæc donatio est, credatur. *l. 27. ff. de probation. Goldb. cap. 7. membr. 4. n. 32.* Alterum est, ut in continenti fiat, uno eodemque contextû *Gail. 2. O. 40. in fin. Henr. Bocer. de donat. cap. 12. n. 3. Tiraqu. in l. si unquam §. donatione largitus n. 110. 116. C. de revoc. donat.* Tertium consistit in æquivalentia rerum utrinque donatarum. Donatio etenim reciproca in æquali solùm ut mutua subsistit donatio, in superfluo, quia reciprocatio non habet, quo pedem figat, talis donatio pro simplici habetur, quæ inter conjuges haud admittitur *l. 15. ff. de donat. int. vir. & ux. l. 9. l. 10. Auth. æqualitas C. de pact. convent. Raucbb. p. 2. qu. 11. n. 16.* Hinc maritus vel ad restitutionem superflui vel receptionem lucri tenetur, si æquivalentia deest, optione ipsi ut debitori *l. 10. §. ult. ff. de jur. dot. relictâ Carpzov. disput. de donat. Gerad. th. 46. præjudicio hoc confirmans.* Exclusam tamen hic solummodo volumus magnam inæqualitatem, non quoque modicum excessum, qui non statim actum antidoralem, cum modicum & nihil in jure ferè æquiparentur *cap. licet causam extra de prob., in simplicem donationem degenerare facit d. l. 15. vers. si satis modicum est ff. de donat. int. vir. & ux.* Vid. hujus & cœterarum donationum Geradæ requisita jam enumerata copiosè exponentem *Carpz. in dict. disp. de donat. Gerad. s. bonor. Utensil. th. 25. usq; ad 49. & p. 2. Const. 13. def. 2. usq; ad 19. Constit. 14. def. 9. usq; ad 17.*

(e.) Strictè & præcisè observari debent, aliàs donationem pro nulla habent jura Saxonica. Forma enim substantialis sunt  
Con-



*Const. d. 14. pr. also ünd dergestalt/ quæ ad ungvem observanda, nec per æquipollens adimpleri valet l. 3. §. ult. ff. de jur. rejur. se neglectâ eâ actus infirmatur l. 8. §. 17. ff. de transact. l. 12. C. de testam. Matth. Berlich. p. 2. concl. 16. n. 25. Hinc nec tempore pe- stis omitti debere ex cap. 18. in fin. de sentent. excomm. in sexto & cap. cum dilecti extra de donat. probat, præjudicijsque confirmat Carpz. p. 2. C. 14. def. 15. num. 7. & seqq. Sed quid est, inquires, quod in pactis dotalibus uxor Geradæ renunciare absque ullis solen- nitatibus possit, cum tamen renunciatio donationis vim obti- neat l. 28. §. 2. ff. de pact. l. 1. ff. de transact. l. 23. ff. de donat. Nil inde nostro decedere asserto putandum est, quia non quæsitæ sed ex bonis mariti quærendæ Geradæ ita in pactis dotalibus renun- ciare valet mulier. Facilius enim jus futurum & quærendum a- lienatur, quam quæsitum, de cujus donatione hic sumus solli- citi Nicol. Boër. decis. 147. n. 112. Dec. cons. 147. col. 3. in pr. Quæsitæ Geradæ tantum abest, ut possit in pactis dotalibus renunciari, ut neque hoc procedat, si solennium ratio diligentissima ha- beatur, per ea, quæ thesi subsequente sub. lit. b. in fin. habemus. Et ita non nisi de quærendâ Geradâ à Goldbec. c. 7. membr. 1. n. 13. & seqq. allegata Scabinorum Lipsiensium præjudicia etiam accipienda sunt. Notandum autem hic obiter illud, generali sub renunciatione bonorum hæreditariorum non contineri Geradam. Cum enim Gerada non titulo successionis hæredita- riæ, sed speciali & peculiari quâdam juris Saxonici ratione veni- at ad uxorem Hartm. Pist. lib. 1. qu. 31. num. 5. & 16. Speciali etiam renunciatione opus erit arg. 2. F. 26. vers. in generali alienatione & eorum quæ habent Wesenb. p. 3. cons. 133. n. 77. & seqq. Schneidw. ad §. actionum rubr. de hered. petit. n. 54. Inst. de action. Finckelb. O. 81. num. 27. 28.*

(f.) Non tamen semper perpetuam. Annullatur enim do- natio Geradæ, ut quævis alia, ex donatarij ingratitude §. 2. verb. sciendum est tamen. Inst. de donat. l. ult. C. de revoc. donat. ex supervenientia filiarum l. 8. C. de revoc. donat. Carpzov. disput. de donat. Geradæ tb. 51. 52. Cui tamen annullationi subjecta non est donatio remuneratoria, ut impropria quædam donatio l. 34. §. 1. ff. de donat. Schneidw. ad §. sciendum autem Inst. de donat. n. 11.

*Thesis XII.*

Jura negativa sunt : quod  
non possint de Geradâ testari  
(a.), nec aliâ ultima voluntate  
disponere (b.)

(a.) Omnem facultatem in testamento de Geradâ quicquam disponendi mulieribus prorsus ademptam esse, non quidem expressè jure Saxonico communi dispositum reperitur, à majoribus tamen nostris quasi per manus traditum, non usù tantùm longissimi temporis confirmatum *Job. Schneidw. Inst. de donat. n. 19 in pr. Moller. 1. Sem. II. n. 1. Thoming. decis. 6. n. II. sed tandem Constit. Elect. 14. p. 2. pr. durch testament.* expressè constitutum est. In rationis hujus rei assignatione anxie laborant, & multum desudant interpretes. Videre hoc est ap. *Dan. Moll. 1. Sem. II. Andr. Goldbec. cap. 7. membr. 2. n. 75. Matth. Berlich. p. 2. concl. 16. n. 4. & seqq.* Nobis placet illa, quod, quia cognatæ mortuâ muliere deberi incipiat Gerada, inque eâ ipsi, quamprimum animam mulier exhalat, uti supra dictum *thes. X. liter. a.* jus quærat, mulier de hac tanquam re alienâ disponere non habeat. Etsi enim mulier testata fuerit in vivis, tamen ejus voluntas ultima ante mortem ipsius nullas habet vires, ita ut neque voluntas, neque testamentum dici mereatur *Dauth. de testam. rit. de mutand. testam. volunt. n. 81.* Hinc cum post mortem demum hoc vel illud testatrix velle fingatur, ejusdem voluntas tanquam circa rem alienam occupata subsistere non poterit *Wesenb. in parat. ff. de supell. legat. n. 4.* Fallit tamen regula, quâ mulierem testari de Geradâ prohiberi dictum, limitationemque patitur, si proximæ cognatæ consensum adhibuerit, Gerada enim in præjudicium proximæ cognatæ per testamentum alienari nequit (*der nehesten Nächstel zum Nachtheil*): hoc præjudicium autem tollitur consensu ipsius, quæ favori pro se intro-

introducito renūciare l. 41 ff. de minor. l. 29. C. de pact. & cui vobis  
lenti non potest fieri injuria l. 34. C. de transact. l. 203 ff. de R. I. Cap.  
p. 2. C. 14. def. 2. Quia verò hic ipse cognatarum consensus  
respectu interesse desideratur, propterea etiam ex intervallo se-  
qui potest. Nudus siquidem consensus, qui non ut authori-  
zabile quoddam pro formâ & solennitate actûs requiritur, sed  
saltem respectu commodi ejus, qui confirmat, adhibetur, quo-  
cunque tempore tam ante quam post actum præstatur l. 1. §. 12. ff.  
quod legat. Wesenb. in parat. de aut. & consens. tut. Fallit etiam, si  
mulier de jure pignoris, quod in rebus Geradilibus est adeptâ,  
in ultimâ voluntate disponat. Per pignus enim nacta est obli-  
gationem, hæc autem obligatio pro re habetur allodiali, quia  
tanquam accessoria sequitur naturam principalis, debiti nimi-  
rum arg. l. 35. §. 1. ff. de R. V. l. 44 ff. de relig. & sumpt. funer. cap. 43. de  
R. I. in sexto. debitum verò principale sine dubio inter res refer-  
tur allodiales. Perinde sicut testamentum subsistit de feudo pi-  
gnoratitio Rosenth. c. 7. conel. 9. Schrader p. 7. c. 2. n. 26. Godof. An-  
ton. disp. 5. hb. 8. lit. g.

(b.) d. Const. 14. verb. oder andern letzten willen. Quare nec  
per donationem mortis causa Geradam in alium transferre  
habebit: quippe quæ sub facultate testandi comprehenditur  
l. 15 ff. de donat. caus. mort. l. 32. §. 8. ff. de donat. int. vir. & ux. & quo-  
ad ordinationem & modum ineundi quidem contractibus,  
quoad effectum & efficaciam vero ultimis comparatur volun-  
tatibus Rauchb. p. 1. q. 32. n. 32. Nec quicquam in pactis dotalibus  
de eâ disponere poterit. Subsistunt hæc vel in vim contractûs,  
vel in vim ultimæ voluntatis. Neutrò modo qualitas Geradæ  
admittit, ut in ijs de eâ disponatur. Nihil dicere quidē volumus  
hic de pactis dotalibus istis, quæ valent jure contractûs, in qui-  
bus dispositio de Geradâ ideò nulla, quia non aliter hæc donari  
potest, quam per realem & solennem traditionem Const. 14. p. 2.  
ut statim transferatur dominium, pacta autem dotalia transla-  
tionem dominij suspendunt, suumque effectum post mortem  
demum sortiuntur Gail 2. O. 126. n. 6. Illud minus dubij habet in  
pactis dotalibus, quæ concepta sunt de successione hereditatis  
in vim ultimæ voluntatis, cum nil nisi ultima voluntas sint, per  
quam Geradam transferri nequire diximus.

*Thest.*

*Thesis XII.*

Haftenus de juribus com-  
petentibus mulieri Geradam  
posfidenti: jam de ijs tracta-  
tionem instituemus, quibus  
superbiunt cognatae. Quae  
ipsa sunt, quod sola cognata  
(a.) proxima (b.) mortua mu-  
liere (c.) in Gerada (d.) succedat  
(e.), eamque non tamen omni  
onere liberam (f.) capiat (g.).

(a.) Hæc dicitur die Niffel art. 27. lib. 1. LandR. pr. in verb.  
uff die neheste Niffel / quæ vox à nepte suam agnoscit derivatio-  
nem. Besold. in thesaur. pract. lit. n. verb. Niffel num. 11. in fin. Vo-  
catur etiam eine Gespinne oder Spilmagen (non à ludo Spielma-  
gen) art. 23. Weichb. in fin. & ibi gloss. n. 1. & 2. R. lib. 3. art. 15. in  
fin. ibiq. gl. quod in Geradâ succedentes non foeminas tantum  
esse oporteat, sed etiam quod originem suam debere sexui foe-  
mineo, & non interruptâ per masculum serie defunctæ proxi-  
miores existere mulieri debeant. Audit enim aliquis ideò  
Spilmagen / quod à sexû foemineo, qui fuso tractando Prov.  
31. v. 19., perinde ac sexus masculinus (die Schwerdmagen) gla-  
dio gerendo accommodatior habetur, originem traxerit, &  
per

per personas foeminei sexûs alicui cognatione jungatur. Ubi  
vox (magen) pro causâ & origine consanguinitatis ponitur,  
prout stomachus cibos digerit, & aliàs præparationis sangui-  
nis, quæ ab hepate fit, causa existit. Ideoque non omnis indif-  
ferenter foemina ad Geradæ admittitur successionem, sed so-  
lummodo ea, quæ per lineam foemininam descendit, die von  
der Spinne halben darzu geböhren ist / *art. 23. Weichb. ibid. gl. n. 1.*  
*art. 15. lib. 3. LandR. in verb. vollständig von Weibes halben &c.*  
*art. 27. lib. 1. LandR. in verb. so ihr von Weibes halben zugehörig.*  
Unde est, quod foeminæ ex lineâ masculinâ, quales sunt filia  
& neptis fratris, patris soror seu amita, avia paterna cum simi-  
libus personis jure petendorum Utensilium destituantur. *Hart-*  
*mann. Pist. lib. 1. quæst. 33. n. 18. Coler. p. 1. decis. 44. n. 7. Andr. Goldbee.*  
*de Gerad. c. 5. memb. de success. transvers. n. 2. & seqq.* Et ita solus se-  
xus muliebris per lineam foemininam descendens successionis  
jure & titulo Geradam capere valet *art. 20. & 27. lib. 1. LandR. &*  
*lib. 3. art. 15.* Nec obicem nobis inde poni patimur, quod clerici  
unâ cum sororibus ad Geradam matris admittantur, ac jure  
successionis gaudeant æquali. *art. 5. lib. 1. LandR. S. der Pfaff.*  
*Weichb. art. 57 S. wer auch in den Gewehren blieben ist / quo & Sa-*  
*cerdotes Evangelicos frui experientia testatur Goldb. de Gerad.*  
*c. 5. membr. de success. descend. n. 17. Vid. Thes. sequ. lit. a.* quod ex  
multis Statutis localibus Gerada Uxor, matris defunctæ defe-  
ratur superstici marito, filijs, certis quibusdam speciebus cogna-  
tæ titulo Niftelgeradæ relictis *Th. XV lit. c.* Quod enim de Cle-  
ricis dictum, illud ipsis per modum Exceptionis competit, quæ  
firmat regulam in casibus non exceptis, & tanquam irregulare  
in maternâ tantum subsistit Geradâ. *Th. sequ. lit. a.* Maritum &  
filios quod concernit, illi nequaquam in rebus istis Geradili-  
bus, ut Geradilibus succedunt, sed potius easdem qualitate Ge-  
radicâ ijs detractâ, perinde ac reliqua defunctæ bona capiunt  
*arg. lib. 1. LandR. art. 31. post pr. lib. 3. art. 76. post pr.* In dubio enim  
omnia Statuta, quæ marito & filijs superstilibus Geradam de-  
natæ Uxor vel matris deferunt, ita accipi solent, ut istæ res  
Geradiles marito & filijs non ut Gerada, sed ut res hæreditariæ  
adjudicari censeantur, quô minus scilicet Jus Commune Sa-

xonicum masculos haud capaces Geradæ judicans *art. 27. lib. 1.*  
& *art. 15. lib. 3. LandR.* lædatur aut corrigatur. Prout hac ratione  
ad Lipsiæ Statuta ita interpretanda Scabinos primò dissenti-  
entes in suam traxisse partem testatur *Carpz. lib. 6. tit. 5. Resp. 49.*  
Si tamen Statuto locali expressè introductum, ut maritus & fi-  
lij Geradam lucrari debeant ut Geradam, illud tanquam præ-  
valens quidem Juri Communi Saxonico, omninò attendere  
tenemur, verum ut extraordinarium etiam & exorbitans, quod  
regulam constituere non valet.

(b.) *art. 27. lib. 1. LandR. verb. ihre nechste Nifftel. art. 23.*  
*Weichb. verb. ihre nechste Nifftel.* Quænam autem cognata pro-  
ximior sit alterâ in petendâ Geradâ, sequente Th. videbimus.  
Hic notandum illud, disparitatem vinculorum, quæ aliàs in  
foro Saxonico quoad causam successionis remotiorem consti-  
tuit gradum *art. 3. vers. ist aber einige zweyung & c. lib. 1. LandR.*  
*art. 20. lib. 2.* in nostrâ materiâ suum operari nequire effectum.  
Sicut enim suum perdit officium, ubi sola agnatio in conside-  
rationem venit 2. *F. 11. vers. his vero deficientib. Gail. 2. O. 151.* ita  
deficit, ubi nos solam cognationem attendere oportet. Cujus  
ipsius causa est, quod qualitatis, quæ in materiâ, quâ de agitur,  
nihil operatur, & omni suo destituta est effectu, nulla habendâ  
sit ratio. *Hartm. Pistor. qu. 33. p. 1. n. 22.* Jam in nostrâ materiâ o-  
mnis alterius vinculi, quod ex parte masculorum in cognatio-  
ne accedere solet, consideratio prorsus abesse jubetur, & mani-  
festa differentia inter cognatas, quæ ex masculo conjunctæ fue-  
runt, & eas, quæ ex foeminâ descendunt, has non illas admit-  
tendo constituitur *art. 27. lib. 1. LandR. verb. so ihr von Weibes-*  
*halben zugehörig.* Hinc cognata agnationis vinculo non con-  
juncta haud remotior reputatur, quàm cognata utrinque con-  
juncta: Soror uterina unâ cum sorore germanâ s. utroq; latere  
conjunctâ ad Geradam defunctæ mulieris admittitur: mater-  
tera unilateralis cum alterâ materterâ utrinque conjun-  
ctâ æqualiter in bonis Utensilibus succedit. *Hartmann.*  
*Pistor. d. l. per tot. Moller. 2. Semestr. 5.* Nec labefactari hoc no-  
strum assertum quis existimet per *art. 15. lib. 3. LandR. in verbis*  
*Soll vollkömmlich von Weibes halben & c.* Non enim is hanc ha-  
bet sententiam, ac si cognata utroque latere conjuncta esse de-  
beat,

beat, sed quod istam à solis foeminis nullâ habitâ masculorum  
consideratione descendere oporteat. Quô spectat etiam vocula  
(von Weibes halben) & vocabulum (vollkômlich) // pro quo in  
textu latino dictio (duntaxat) ad excludendos masculos, &  
aliam intermediam personam, posita reperitur. *Matth. Col. decis.*  
*49. p. 1. n. 30.*

(c.) *gl. in art. 23. Weichb. n. 13. verb. und nachdem auch kein  
Gut/ &c.* Mors enim mulieris possidentis jus demum cognatæ  
in Geradâ constituit radicatum, prout diximus *Thef. X sub lit. a.*

(d.) Et quidem in omni Geradâ (in der vollen Geradâ) quam  
scilicet defuncta possedit & reliquit. *Tb VII. lit. b.* Differentia  
saltem aliqua respectu Ovium ad Geradam nobilium perti-  
nentium subesse videtur, cum non omnes, quæ in mariti præ-  
dijs reperiuntur, cognata nobilis sicut vidua nobilis petere ha-  
beat, sed si descendens fuerit cognata, istis, quæ matris fuerunt  
propriæ, si verò vel adscendens vel collateralis, ijs quibus uxor  
ab initio matrimonij mariti greges de suis dotis loco auxit (die  
sie ihm zugebracht) contenta esse teneatur. Prout hoc ita pra-  
cticari testantur *Wesenb. p. 6. Cons. 285. n. 54. Hartm. P. st. qu. 32. p. 1.  
n. 9. Coler. decis. 60. p. 1. n. 48. Finckelth. Obs. 81. num. 83 & seqq. Car-  
pzo. p. 2. C. 14. def. 22.* Sicut autem aurum destinatum ad mun-  
dum muliebrem, & aurifabro datum, ut torquem vel auream  
catenam inde faceret, antequàm aliqua inde facta fuerit, ad Ge-  
radam non pertinet *art. 24 lib. 1. Land R. in verb. aber ungewircktes  
Gold &c.* nec pecunia ad emptionem Geradæ destinata jure li-  
tensilium censetur. *gl. germ. ad d. art. 24. n. 3. Carpzo. p. 2. C. 30.  
def. 15.* ita cognata proxima easdem res ut Geradam sumere  
non potest. Contra cum qui actionem habet, rem ipsam ha-  
bere videatur *l. 15. ff. de R. I.* promissionis quoque effectus sit, ut  
agere possint hæredes contra hæredes. *l. 49 ff. de O. & A. l. 152. S.  
ult. ff. de R. I.* & actiones regulariter censeantur tales, qualis res  
ipsa, ad quam dantur, ex promissione Geradæ factâ defunctæ  
promissorem proximæ cognatæ quoque obstrictum teneri tra-  
dit *Carpzo. p. 3. C. 30. def. 16.* Sic Gerada nondum adita à defun-  
ctâ ad cognatam transmittitur. Etiam si enim hæreditas non-  
dum adita ad successores minimè transferatur *l. unic. §. 9. C. de*

*eaduc. toll.* Hoc tamen verum solum est de Jure Civili, non quo-  
que de Jure Saxonico. *Matth. Coler. p. 1. decis. 68. n. 12. Christ. Phi-*  
*lipp. Richter p. 1. decis. 67. n. 26.* Ut taceam de Jure Civili verum id  
esse in lucris, quæ titulo universalis & jure hæreditario alicui ob-  
veniunt, non quoque quæ ex titulo particulari & jure quodam  
ab hæreditate separato deferuntur. *l. 4 ff. de A. H. Jacob. Schultes*  
*in addit. ad Modest. Pist. p. 4. q. 131. n. 204.* Quale lucrum nostra  
quoque Gerada est, quæ titulo ab hæreditate prorsus differenti  
penitusque separato, ex singulari Juris Saxonici dispositione,  
proximæ cognatæ tanquam cognatæ, non tanquam hæredi de-  
fertur. *Jacob Schult. d. l. n. 220.* Non usquequaque illud expedi-  
tum, an istæ solum res Geradiles, quæ extant in loco principa-  
lis domicilij mariti, debeantur cognatæ, an quoq; quæ in alijs  
mariti prædijs & domibus reperiuntur. Negativè respondere  
qui vellet, suppetijs haud destitueretur *gl. ad art. 38. l. 3. Land R.*  
*lit. e. Matth. Berlich. p. 3. concl. 28. n. 98 Matth. Coler. de P. E. p. 1. c. 3.*  
*n. 272. vers. si tamen rectè ponderentur.* Nos in affirmativam pedi-  
bus ire cum *Goldb. de Gerada c. 5. tit. de reb. quas uxor & c. n. 21. We-*  
*sen. p. 6. Conf. 288. n. 18.* non dubitamus, quod cognata in defunctæ  
Gerada (ihre Gerade) *art. 20. lib. 1. Land R.* ad quam etiam res  
Geradiles in alijs domibus & prædijs mariti existentes perti-  
nent, succedere jubeatur. Vide *Tb. VIII. lit. b. & Tb. IX. litera e.*  
Addimus porrò duo scitu digna: Primum est, res attritas ad Ge-  
radam pertinentes proximæ cognatæ non esse resarciendas *ad-*  
*dit. ad art. 24. lib. 1. Land R. lit. d. circa finem Pensold. in addit. ad*  
*Matth. Col. decis. 286. p. 2. n. 262.* nec ad consumptarum & deper-  
ditarum restitutionem maritum superstitem aut hæredes de-  
functæ uxoris esse obstrictos, sed cognatam eas solum species  
lucrari, quæ in possessione defunctæ reperiuntur. Unde et-  
iam vulgata illa Dicasteriorum clausula in sententijs apponi  
consuevit: Was aber dieser Stücke nicht vorhanden / das darff  
man nicht geben oder folgen lassen. *Andr. Goldb. c. ult. n. 109.* Alte-  
rum est, si non manifesta sed dubia & litigiosa existat defunctæ  
possessio, cognatam Geradam petere non habere, nisi istam de-  
derit probatam *arg. l. 21. ff. de prob. l. 1. C. eod. l. ult. C. de R. V. gl. art.*  
*g. l. 1. Land R. lit. m.* Eisdem quidem res Geradiles defunctam  
pos-



possedisse, quibus ad vestitum quotidianum & rem familiarem  
& Oeconomicam ritè instituendam opus habuit, tantum abest,  
ut probationem subire cognata teneatur, ut etiam ipsum Jus  
illas, quàm primum fuerint comparatæ, defunctæ tacitè dona-  
tas præsumat, nec aliquam probationem in contrarium admit-  
tat *Carpzov. p. 2. C. 14. def. 29. n. 8.* Eas igitur solùm, quæ ad orna-  
tum muliebrem spectant, & quibus res oeconomica non indi-  
guit, à defunctâ possessas esse, si forsan litigiosum, probare co-  
gnatæ incumbet. Ubi tamen sufficere putamus probationem  
possessionis naturalis, quia ex possessione, quæ post mortem  
primæ possidentis ad cognatam tranfit, præsumitur dominium  
*l. ult. C. de R. V. l. 1. ff. Fam. Erisc.* & quod aliàs vestes, omniaque  
ad mundum & ornatum muliebrem comparata mulieris esse  
censeantur, hæresque vel is, ad quem lege deferuntur bona,  
tutus sit, si defunctum tempore mortis suæ bona possedisse con-  
stet. *l. 20. ff. de Usurp. & Usucap. gl. art. 5. lib. 1. Land R. lit. m. Carpzov.*  
*p. 2. C. 14. def. 26. Andr. Goldbec. cap. 8. n. 26.* Hoc autem efficiet, si  
defunctam claves seu thecas, quibus Gerada includitur, in sua  
custodia habuisse probaverit, *arg. l. 74. ff. de contrab. Empt. l. 1. §.*  
*21. ff. de A. vel A. P. Coler. decis. 60. n. 45.* Ideoque hoc probato, hæ-  
redes vel maritus defunctæ non habebunt, quo petitum cogna-  
tæ ulterius eludere queant, quantumvis hic jus suum ac pro-  
prietatem prætexere annitatur, quod ipsemet suppellectilia  
ejusmodi comparaverit, ac uxori mutua dederit. Onere enim  
probationis hujus rei gravabitur, cognatæ interim possessione  
Geradæ traditâ, ipsâque inturbatâ in eâ relicta. Hinc videmus  
in Responsis clausulam istam adjici solitam: *Ihr (der Ehe-*  
*man oder dessen Erben) können denn darthun und beweisen / daß*  
*ihre ernannte stücke vor Euch selbst erkauft / der Frauen unterwei-*  
*len geliehen / solche aber wieder zu euch genommen &c.*

(e.) Non nisi improprie hic succedere cognatæ dicuntur,  
ex eo, quod Gerada non aliquo successionis titulo, sed ex spe-  
ciali Juris Saxonici provisione ac privilegio ijs deferatur. Nec  
nobis negotium facescit *art. 31. pr. lib. 1. Land R. & art. 27. ejusd. lib.*  
ubi dicitur, daß Weib vererbet / ac si jure hæreditario ad cogna-  
tas perveniat Gerada. Vox enim illa (Erbe) duplici fere signifi-  
catio-

catione jure Saxonico usurpari solet, unâ impropria & genera-  
li, pro omnibus illis bonis, quæ quis, posteaquam vita defun-  
ctus est, post se relinquit, ut *in libr. 1. art. 5. in fin. & ibi gl. fin. & gl.  
prim. in pr. art. 59. Weichb.*; alterâ specialiter & strictè pro eo,  
quod jure hereditario & non speciali privilegio ad aliquem  
transmittitur, ut *in libr. 1. art. 28. pr. in verb. Heergereth/ Erbe/ oder  
Gerade. Jacob. Schultes in add. ad Modest. Pist. qu. 14 sub. lit. b*

(f.) Ad æs etenim alienum à muliere contractum de hâc  
persolvendum cognatæ obligantur. Beneficio Legis quidem  
consequuntur Geradam, ex causâ tamen lucrativâ & quasi be-  
neficio mulieris, cum ipsi integrum fuerit, donatione aliove  
contractu inter vivos illam alteri concedere. *Hartm. Pist. lib. 1.  
qu. 31. num. ult.* Ut hinc non immeritò tanquam de solo lucro  
captando certantes postponi creditoribus ex causâ onerosâ de-  
bitum quærentibus debeant *arg. l. fin. § 5. C. de Jur. delib. & ex  
Gerada etiam, tanquam bonis defunctæ, ejusdem sit satisfaci-  
endum creditoribus, Modest. Pistor. p. 1. qu. 32. n. 1. & 2. ibiq; Schul-  
tes in addit. 8. & ejusd. frater Hartm. Pist. l. 1. q. 31. Moller. 2. Semestr.  
c. 44. n. 3. & ad Constit. Elect. 23. n. 7. p. 3. Christ. Philipp. Richter tract.  
de success. ab intest. sect. 1. n. 65.* Et quidem si Geradæ nomine,  
veluti pro comparandis rebus Geradilibus illud æs alienum de-  
functæ contraxerit, tunc solutio ejus solis cognatis incumbit,  
nec quicquam contribuere hæredes debent. *Moller. 2. Semestr. 7.  
& ad Constit. 23. n. 13. p. 3. Carpzov. lib. 4. tit. 9. Resp. 66. n. 13. & p. 2. C.  
14. def. 66.* Cum enim per istam acquisitionem proxima cognata  
locupletior efficiatur, & ad eam perveniat commodum ac lu-  
crum, non poterit non ad istam etiam spectare onus. Quod ve-  
rum eatenus, quatenus res istæ Geradiles pro eo pretio emptæ  
adhuc salvæ extant; cæteroquin si usû absumptæ sint, maritus  
quia commodum sensisse intelligitur, cum onera matrimonij,  
prospiciendo de rebus ad usum quotidianum necessarijs, susti-  
nere debuisse, ipse & ejus hæredes ad istius exsolutionem te-  
nebuntur, uxoris defunctæ cognatæ verò non nisi in subsidi-  
um. *Pensold. in add. ad Matth. Coler. p. 2. decis. 286. n. 187.* Sicut ali-  
às, si aliam ob causam ipsa defuncta, & non maritus *Autor. Con-  
sult. Constit. Saxonie. tom. 1. p. 5. qu. 44. n. 5. Carpzov. p. 2. C. 14. def. 65.  
num.*

num. 9. aliquod debitum fecerit, non nisi in subsidium deficientibus rebus hæreditarijs istud persolvere cognatæ necesse habent. *Moller. 2. Semestr. 44 n. 3. & p. 3. Constit. 23 n. 7. Carpzov. lib. 4. tit. 1. Resp. 7. n. 18. Christ. Phil. Richter tract. de success. ab intest. sect. 1. num. 65.* Cujus ipsius ratio est, quod Gerada hæc cognatarum non quidem respectu debitorum extrinsecus & aliunde hæreditati incumbendum, benè tamen respectu relictorum bonorum æs alienum sit *Rauchb. p. 2. qu. 17. n. 10. & 33.* quod salvum esse debet, quamdiu bona alia supersunt hæreditaria. Nec huic tantum oneri cognatæ Geradam capientes subjæctæ sunt, sed & alijs. In quantum à muliere defuncta Geradam oppignoratam luere teneantur, diximus supra *ib. X. lit. b.* Hic nobis explicandum est, quodnam cognata de Gerada superstiti relinquere necesse habeat marito, & quo modo in legitimam eandem sibi imputari pati debeat. Scilicet non res Geradicas in universum lucratur, sed certas species marito relinquere est obstricta: lectum nempe ita paratum, sicut erat dum uxor adhuc in vivis existeret: mensam mappâ, scâmnum pulvinari, & sedile cusino instructum *per art. 38. lib. 3. Land R. verb. stirbet des Mannes Weib & c. Weichb. art. 23. verb. stirbet ein Man sein Weib & c. Rauchb. p. 1. qu. 35. in pr. Carpzov p. 2. C. 14. def. 49.* Lectus ergo si vivente adhuc uxore, cum conopeis (Vorhengen) paratus fuerit, & hæc unâ cum lecto, qui ita instructus ut erat vivente uxore, marito cedere debet, relinquenda erunt. *Carpzov. d. l. num. 8.* Marito autem tantum has res cognatam dare oportet, non qq. ejusdem hæredibus. Cum enim ratio illa, quod propter communionem bonorum jure Saxonico inter conjuges introductam, & quia hujus generis Utensilia maritus unâ cum uxore comparavit, marito hæres debeantur, in hæredibus ipsius cesset *gl. in art. 38. lib. 3. lit. f.* & in allegatis textibus mariti mentio tantum fiat, ad hæres ejusdem extendendum non est *Andr. Rauchb. d. l. n. 2. & seqq. Carpzov. d. l. def. 50.* Viso quid rerum Geradicarum superstiti tradere cognata necesse habeat marito, imputationis Geradæ in legitimam addere lubescit onus, quo non parum successionis emolumentum itidem cognatis diminuitur. Etenim si mater diem suum obeat, nec ulla immobilia, ex quibus  
liber

liberi habere possent legitimam, post se relinquat, pater hæres  
mobiliaris eam ex mobilibus filiabus dare non tenetur, sed istæ  
Geradam matris in legitimam suam imputare debent. *Constit.  
Elect. II. p. 3. gl. latin. ad text. germ. Land R. lib. I. art. 31. lit. c. Matth.  
Coler. decis. 57. p. 1. & decis. 286. n. 22. p. 2. Andr. Rauchb. quest. 17. p. 2.  
Berlich. p. 3. Concl. 17. n. 14. Carpzov. p. 3. Const. II. def. 1. Christ. Phil.  
Richter p. 1. decis. 40. n. 13.* decisis hoc confirmantes. Quod &  
ex naturâ correlativorum *arg. l. 15. ff. de inoff. test.* locum invenit  
in matre legitimam ex defunctæ sine liberis filia bonis à gene-  
ro exigente *Dan. Moll. ad d. Const. II. p. 3. n. 28. Andr. Rauchb. d. l. n.  
36. Berlich. d. l. n. 15.* Fundamentum hujus assertionis in eò collo-  
camus, quod Gerada ex bonis defunctæ vel matris vel filia ca-  
piatur, quam pleno jure possederunt, ac in dominio suo deti-  
nerunt, deque eâ pro arbitrio inter vivos disponere potue-  
runt. Jam verò omnia, quæ ex substantiâ defuncti profici-  
scuntur, non modò jure hæreditario, sed etiam legati, fideicom-  
missi, donationis mortis causa vel alio nomine filiorum legiti-  
mæ imputantur *Auth. novissima. l. 30. pr. l. 35. C. de inoff. testam. An-  
dreas. Rauchb. d. l. n. 28.* Videmus hoc in feudis ex pacto & pro-  
videntia novis, vel hæreditarijs tam novis quam antiquis, quæ  
licet peculiaris feudalis provisione ad alios perveniant, inque  
ijs tantum jus possessoribus non competat, quantum in Geradâ,  
huic imputationi tamen obnoxia perhibentur. *Andr. Rauchb.  
d. l. n. 30. 31. Carpzov. p. 3. C. 10. def. 8.* Ut ita nihil causæ sit, quin non  
omni jure idem obtinere debeat in Geradâ. Modum, quo  
quantitas hujus legitimæ constituatur, & hæc imputatio pera-  
gatur, remur esse istum, ut Gerada non cum rebus hæreditarijs  
conjugatur, sed ab istis tanquam æs alienum *Rauchb. p. 3. q. 17.  
n. 10. & 33.* separetur ac deducatur, & si tantum in rebus Gera-  
dilibus, quanti legitima æstimatur, non fuerit, id quod deest, ex  
rebus hæreditarijs suppleatur, prout ita decisum reperimus ap.  
*Hartm. Pift. Obs. 12. n. 1. Goldb. cap. 6. n. 12. Reinb. Ros. in add. Dan.  
Moll. ad Const. Elect. II. p. 3. n. 23.* Cum autem hæc imputatio Ge-  
radæ in favorem mariti sola sit adinventæ, ut ipsi mobilia uxo-  
ris salva sint, in fratrum commodum, quibus alias lucro rerum  
expeditoriarum sat est prospectum, cedere non debet. Hinc si

pater in vivis filiabus legitimam maternam dare, inque eam Geradam imputare neglexerit, post mortem ejus fratres personam hoc beneficio non gaudebunt *cap. 7. de reg. jur. in 6to l. 68 ff. eod.* nec ad Geradam imputationem sorores cogere poterunt *Carpz. p. 3. C. 11. def. 3.* Eadem ratio est, si vidua prædefuncto marito superstes diem suum obierit, quia hoc casu etiam sorores Geradam maternam, ne ex ista aliquod per obliquum lucellum capiant fratres, in legitimam sibi ipsis imputare non tenebuntur. *p. 3. Constit. Elect. 37. vers. aber die Töchter / ob sie gleich Erbe. Moller. ib. in fin. Andr. Ranchb. p. 2. qu. 17. n. 39. Carpz. p. 3. C. 11. def. 6.* Multo minus verò, quando legitima petitur paterna vel avita. Hanc enim filiabus debitam Geradam à matre profectam, tantum abest ut fratres imminuere possint, ut etiam in patre & avo, cum nec ea nihil juris habeant, eandem in filias non transmittant *Id. lib. 1. art. 27 ubi gl. lat. ad tx. germ. lit. c. hac ipsa imputatio cesset. l. 36. §. 2. Et l. ult. C. de inoff. test. Carpz. d. l. def. 7.*

(g.) Conditione ex lege vel statuto instituta *Wesenb. Consil. 206. p. 5. 23.* Et ita quidem capit, ut sororem cohæredem non admittat, nisi earum rerum Geradilium, quas ex bonis defunctæ matris accepit, collationem instituerit. Respectu enim sororum, ut inter eas æqualitas servetur *l. 17 l. 20. C. de Collat.* Gerada à collationis necessitate exempta non est. Hinc filia elocata si cum sorore adhuc innupta in matris defunctæ Geradam succedere amat, causam vestes & ornamenta pretiosa, catenas, brachialia, annulos aureos, & alium mundum tempore nuptiarum datum conferendi effugere nequit. *Carpzov p. 3. Const. 11. def. 11. & 13.* Verè num hoc statuerimus, ambiget, cui ex sinistro *art. 5. Landt. lib. 1. Weichb. art. 57. ibiq. gl.* intellectu perluasum est, filiam elocatam à bonis parentum plane excludi. At non fidat huic intellectui textuum filia innupta, ex quibus parum præsidij habet, si quod res est, ob voculam (*ausgerader*) de filiâ elocatâ, quæ simul hæreditati & bonis parentum renunciarit, vel quæ tantum consecuta fuerit de Gerada matris, quantum altera, quæ cum matre mansit in ejusdem ædibus, eosdem cum *Color. p. 1. decis. 62. num. 38.* & ad stipulante observantiâ hodiernam accipiamus. De cætero, si duæ cognatæ cohæredes sive

descendentes sint, siue ascendentes, siue collaterales *Berlib. p. 3. Concl. 21. n. 23.* in Geradâ sumendâ concurrant, adhibitis curatorem major dividere, minor eligere tenetur *Constit. 15. p. 3. S. Wann auch ibi und die Weibspersonen. Andr. Rauchb. p. 1. qu. 41. num. 16.* si verò plures, sorte vel officio iudicis divisionem Geradæ fieri debere, observantiâ ita introductum *Moller. p. 3. Constit. 15. n. 5. ibid. Carpz. def. 6.*

#### *Thesis XIV.*

Cognatæ autem descendentes (a.) proximiores sunt ascendentibus, (b.) ascendentes collateralibus (c.)

(a.) Sicut aliàs in successione prima habetur ratio descendendum, istique propinquiores ascendentibus & descendentibus judicantur; ita descendentes cognatæ tanquam proximiores ad successionem Geradæ primo loco admitti, ac quamdiu aliqua ex descendentibus, cujuscunque gradûs, superstes est, omnes aliæ excludi debent. Et quidem si solæ filiae adsint, Geradæ æqualiter participes fiunt, nach den Hauptern und Hauptzâhthen/si verò cum sororum demortuarum filiabus concurrant, jure repræsentationis in stirpes nach den Stämmen oder Stammweise *art. 5. pr. lib. 1. LandR. gl. ord. LandR. lib. 1. art. 17. verb. stirbet ein Mann n. 2. & gl. fin. Weichb. art. 63. n. 7. Andr. Goldb. de Gerad. c. 5. membr. de success. descend. num. 7. Matth. Coler. p. 1. decis. 43. num. 6. Job. Schneidw. ad Instit. tit. de hered. qua ab intest. rubr. de success. filior. legit. & natur. n. 21. Carpzov. p. 2. C. 14. def. 56. & 57. Nec hic exclusas volumus filias naturales aut spurias, cum aliàs matris hæreditatis capaces sint § 3. 4. & 1. 1. Instit. de SCT. Officia. l. 2. l. 4. l. 8. ff. und. cogn. etiam his in provincijs *Job. Schneidw. d. tit. rubr. de success. lib. natur. num. 20. Melch. Kling. comment. ad Instit. tit. de success. ab intest. rubr. de ord. succed. ex jur.**

*jur. Saxon in fin.* per ea quæ habet *Carpzov. p. 2. C. 4. def. 58.* Scabinatus Lipsiensis præjudicio hoc corroborans; nisi ubi mater illustris, & alias filias ex legitimo matrimonio procreatas habet, quod utrumque requiritur *l. 5. C. ad SCL. Orficiam.* Non attento, quid contrarius sensus *art. 51. & ibi gl. Land R. lib. 1.* inferat; cum is propter iniquitatem usu non servetur, sed communiter ad natas ex adulterino & damnato coitu, quibus ut hæreditas *Auth. ex complexu C. de incest. nupt. & Dd. ibid.* ita Gerada non applicatur *Virgil Pingitz. quest. 12. num. 56.* restringi solet *sentent. post Weichb. sub tit. unehliche Kinder auff wem / und wie sie ihr Erbe verfallen. Job. Schneidw. d. l. num. 20. Goldb. d. l. num. 29. & seq. Carpzov. d. l. num. 7.* Sic nec à participatione Geradæ hermaphroditum, in quo membrum fœmineum prævalet, acceri fas est. Benè enim consideratò contextû *art. 4. verb. auff alzuviel und gewerg & c. lib. 1. Land R. quem gloss. de hermaphroditis interpretatur,* eum non de successione, sed propriâ administratione accipi debere animadvertitur, prout etiam patet ex sequentibus verbis *d. art. in textu latino: quia ipsis propinquiores existunt, omne id quod & c. & ex adducto testimonio Job. Dauth. in tract. de testament. pag. 352. num. 304.* Illud in dubium vocare nemo facile audet, descendentes cognatas clericum non beneficiatum s. præbendatum ad matris Geradam simul admittere teneri. Ex singulari enim juris Saxonici concessione clerici quoque capaces Geradæ maternæ facti sunt, sive soli sint sive cum sororibus concurrant *lib. 1. art. 5. S. der Pfaff Weich. art. 57. S. wer auch in denen Gewehren blieben ist.* Si soli sunt, nihil refert ipsos esse præbendatos sive non: si cum sororibus verò concurrunt, non beneficiatos eos esse oportet *d. art. 5. & ibi gl. Weichb. art. 57. in fin. Goldb. de Gerad. d. l. n. 19.* Et hoc omne non ob preces tantùm illorum, quibus mundus omnis fruitur, uti glossa loquitur *ad art. 57. Weichb. num. 20. & gl. germ. dict. art. 5. lib. 1. Land R. num. 7. sed & quod perinde ac fœminæ à perceptione rerum expeditoriarum art. 27. lib. 1. Land R. & jure communi Saxonico à successione feudorum Lehn R. art. 2. pr. Land R. lib. 1. art. 25. ubi gl. n. 3. excluderentur gl. in art. 5. lib. 1. Land R. lit. l.* Quo de favore etiam nostri Sacerdotes Evangelici gloriari queunt.

Quam constitutionem ut generalem ad specialem etiam Gerada successionem extendere Lipsienses præsumpserunt Scabini *teste Moller. ad d. Constit. in fin. Carpzov. ib. def. 6.* Habilis autem & hæc cognata transversales esse debent: unde sicut descendentes & ascendentes ex damnatis complexibus procreatas, non qq. naturales à successione Geradae excluderimus; ita cognatas à latere naturales Geradae participes *arg. l. 4 ff. und cognat.*, quæ ex damnato concubitu processerunt, ejusdem in capaces *arg. cap. fin. Nov. 74. cap. 15. Nov. 89. Carpzov. p. 3. C. 14. def. 11.* existimamus *Goldb. d. l. num. 27 & seqq.*

*Thesis XV.*

Illis omnibus jure proximitatis ita ordine congruo vocatis Gerada à defunctâ relicta defertur, nisi beneficio juris retortionis excludantur, (a.) aut ope præscriptionis removeantur, (b.) aut alijs ex singulari statuto vel consuetudine præferentia competat. (c.)

(a.) Magnus equidem est favor, quo in Geradâ superbiunt cognatæ, at non tentus, ut nunquam ejusdem amissionem mereere habeant. Eandem quandoque jus retortionis operatur; Et.



Etenim si magistratus alicujus loci legibus alterius civitatis receptis moribus derogantibus in magistratum ejusve subditos usus fuerit, tunc universitas, contra quam illæ leges sunt usurpatae, modò non tantùm contra alias sed & ipsam in specie illas non privata aliqua persona, sed magistratus exercuerit *Constit. 38 p. 3 §. wenn aber etne & §. seq. Moller. ibid. n. 7. Carpzov. ib. def. 8 Berlich p. 3. Concl. 51. n. 27. & seqq.* eas pro suorum civium utilitate retorquere habet *dict. Constit. 38.* Quod non tantùm in legatis, fideicommissis, mortis causa donationibus, sed etiam in successione Geradae valet *d. Const. §. und ist demnach verb. Gerade;* imò vix sæpius aliò casu moribus hodiernis Saxonis, quàm circa hanc exercetur, teste *Carpzov. ad dict. Constit. def. 2. n. 2.* Quare si qua civitas extra vel in Electoratu Saxonico introduxerit, ut Gerada extra portas vel muros suos ad alia loca non transferatur, aliæ qq. juris hujus retortionem contra istam usurpare possunt *Berlich p. 3. Concl. 51. num. 15. Carpzov. d. l. def. 3.* Et hoc non tantùm procedit, si nullam planè Geradam aliò transferri patiatur, sed & si istam ex parte tantum exportari permittat *dict. Constit. 38 §. und ist demnach in verb. und dergleichen gar nicht/ oder allein eins theils.* Hinc cum cognatae Lipsiæ, Dresdæ, Wittebergæ, Chemnitij, vel alio in loco degenti sola Nistelgerada deferatur, omnia Utensilia, quæ secundum dispositionem juris Saxonici alibi cognata percipere potest, capere nequit, sed jure retortionis itidem solâ Nistelgeradâ contenta esse debet. *Jacob. Thoming. decis. 26. Matth. Berlich p. 3. Concl. 51. num. 22. Carpz. d. l. def. 4.* Quod quidem non ad gustum *Hartm. Pist. Obs. 43. & Virgil. Pingitz qu. 33.* verè tamen dictum. Constitutione siquidem dictâ §. und ist demnach expressè disponitur, quod quibus ex locis res ad Utensilia pertinentes alicujus civitatis incolis aut omninò non aut aliquâ ex parte exportare non concedatur, in eadem illa loca vicissim totidem solummodo res, nullasque præterea alias deferri sit permittendum. Quam licet *Hartm. Pist. dict. Obs. 43.* accipiat de eò casu, quando extraneis non tantum permittatur, quantum ipsis civibus sit concessum, ac si velit forenses eo jure uti debere, quo domestica cognata, adeoque cognatam Lipsiæ viventem omnia Utensilia ex

bo.

bonis foeminae alibi defunctae petentem repulsam ferre non de-  
bere, si alibi defuncta eo jure, quo Lipsiensis, Lipsiae frueretur.  
Repugnat tamen hoc cum ipsius Constitutionis intentione ac  
ratione (quae est anima & spiritus legis vivificans) cum inaequali-  
tatem ad parilitatem reducere conetur, & aequalem lucri pro-  
portionem esse velit, ne civitas haec vel ista cum alterius detri-  
mento & jactura locupletetur *pr. d. Const. in verb. rechte proport. &c.*  
prout etiam ex fundamentorum horum, ob quae haec constitutio  
sit extracta, primam delineatione sibi non esse ignotum testatur  
*Jacob. Thoming. dict. decis. 26. num. 18.* Quis vero non videt, civi-  
tati, quae omnia Utensilia Lipsiam perferri concedere debeat,  
quanquam ibidem Nistolgeradam contra percipere habeat,  
magnum ex ejusmodi inaequalitate accrescere damnum. Nec  
est, quod dicit *Virgil. Pingitz. qu. 33.* inaequalitatem hanc ex  
ipsa successionis natura, quae secundum diversorum locorum  
diversa statuta diversa qq. sit, evenire praeter statuentium men-  
tem. Nostra enim constitutio dolum vel iniquam intentio-  
nem disponentis nullam requirit, non distinguit, an magistra-  
tus alterius loci per viam statuti, an per viam facti procedat; ef-  
fectum inaequalitatis solummodo considerat, & factum ejus, qui  
jus hoc usurpat, attendit, sicut ex verbis ( folgen lest ) liquido  
apparet. Neque inferendum hic illud, quod *Virg. Pingitz. d. l.*  
metuit absurdum, frustra scilicet hoc modo laborare Interpre-  
tes, & ab ipsis receptum, secundum statuta & consuetudines  
eorum locorum successionem instituendam esse, ubi bona sita  
sint, cum si retortio locum hoc in casu invenire debeat, succes-  
sionem fieri oporteat non secundum statuta loci, ubi bona sita,  
sed secundum legem civitatis, in qua succedens vivat. Cum  
enim non omnibus in locis tales de jure retortionis vel talio-  
nis habeantur consuetudines & constitutiones, & in nostram  
*Const. ipsa 38. §. diereitl sich verb. das nicht die privat Person non*  
privatis, sed magistratui hoc jus retorquendi concedatur, o-  
mnino adhuc dantur casus, in quibus illa de statutorum doctri-  
na sua non est destituta utilitate *Jacob. Thoming. dict. loc. num. 33.*  
Sed etsi adversus civitatem illam, ubi Gerada plane non est usi-  
tata, hoc jus retortionis qq. possit exerceri *gl. ad art. 19. lit. c. pr.*  
*lib. 1.*

lib. 1. Land R. Carpz. p. 3. Constit. 38. def 5. non tamen cognata in loco, qui nullam agnoscit Geradam, degens removebitur, si hæres simul mulieri in Saxoniam defunctæ ab intestato existit. Ex quo enim *Constitut. 38. p. 3.* inæqualitatem omnem in successionebus deprecari & amoliri cupit, ac ex locis exteris incolis provinciarum Saxonicarum Gerada ut hæreditas, quando hæredes ab intestato sunt, non denegatur, pari jure exteris hæredibus ad servandam æquabilitatem Geradæ exportatio concedenda erit. Cui accedit, quod licet in istâ civitate, ubi res Geradiles planè ignotæ, nudum earum nomen exportari prohibitum sit, non denegentur tamen res, quibus, non verbis leges imponantur. Multum quidem anxij sunt *Berlich. p. 3. Concl. 51. num. 20. & Sigism. Finckelth. O. 81. num. 43. & seqq.* his ut obicem ponant, & opinionem hanc destruant: Verum ex asse eorum satisfecit argumentis *Carpzov. p. 1. decis. 23.* Illud hic non prætereundum, *Statutis Dresdensibus* Geradam extra portas transferri non concedi, nisi ad illa loca, ad quæ deferendam antea permissit magistratus. Quæ ipsa sunt Annæberga, Misena, Pirna, Lipsia, Haina. *Statutis, quæ habentur Misena* in illa loca Gerada importari conceditur, ex quibus exportandi Misnensibus copia facta, nisi cognata alibi degens civem fieri, & per decennium ibidem habitare promittat.

(b.) Non ex alieno tantum facto, sed & proprio Geradæ amissionem sentiunt cognatæ. Si enim tacuerint, & quod ijs nomine hoc debetur, à tempore elapsi tricesimi *Carpzov. p. 2. C. 3. def. 12.* intra annum & diem (h. e. ein Jahr sechs Wochen drey Tage *Schneidw. tit. de Usucap. rubr. de specieb. præscript. num. 53.*) petere neglexerint, in fumum omne ipsarum jus, & earum ad Geradam competentes actiones abibunt. *Dan. Moller. 2. Semestr. 6. & 11. Petr. Heig. p. 1. qu. 16. n. 35. Matth. Coler. ad cap. de quartan. 78. extra de præscript. Beust. ad l. nam posteaquam §. si is qui n. 28. ff. de jurejur. Finckelth. O. 83. n. 4.* Ex quo enim in foro Saxonico præscriptio annalis res mobiles quasvis comprehendit *art. 28. in fin. lib. 1. Land R. & art. 44. lib. 2. Land R. Weichb. art. 59. pr.* non certè à præscriptione hac Geradam excipere licet, idque tantò minus, quod ipsa verbis expressis notetur *d. art. 28. lib. 1. Land R.*

K.

Cus.

Currere autem incipit hoc fatale cognatæ scienti, non ignoranti *gl. Eandem. lib. 1. art. 28. n. 3. vers. sompt aber.* quia præscriptioni annali hoc beneficium indultum, ut ignorantia, non affectata tamen *l. 4. C. de incest. nupt.* in eâ nocumento haud sit domino *l. 15. §. 3. ff. quod vi aut clam. l. 8. ff. de his qui not. infam. l. 2. ff. quis ord. in possess. serv. Constit. Elect. 9. p. 2. ibiq. Dav. Moller. num. 1. §. 2.* & quod non valenti agere, qualis & is habetur, cui de jure, quod ipsi competit, non constat *l. 55. ff. de edil. edict. l. 19. ff. de inoffic. testam. non currat præscriptio l. 1. §. 2. C. de annal. præscript.* *Coler. in cap. de quarta n. 78. §. 28. extra de præscript. Finckelth. O. 83. n. 10. Carpzov. p. 2. C. 3. def. 13.* Huic tamen præscriptioni ex eâque descendenti amissioni Gerada semper obnoxia non est. Prævenire illam cognata potest, si intra annum & diem Geradam petierit. Ubi non sufficit extrajudicialis aliqua interpellatio *Gail. O. 74.* quia præscriptio Saxonica annalis rerum mobilium citatione demum interrumpitur *arg. l. 2. C. de annal. except. l. ult. in fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Col. in cap. illud n. 10. extra de præscript.* sed judicialis de eâ intra istud tempus instituta, perque legitimam citationem in judicium deducta conventio *Moller. 2. Semestr. c. 11. n. 2. Finckelth. O. 83. n. 20. Carpzov. tit. 10. lib. 6. Resp. 106.* Sic non obesse poterit hoc fatale filiabus in sacris adhuc paternis constitutis, modò innuptæ in domo patris permanserint. Cum enim ex reverentiâ erga patrem tacuisse præsumantur eam ob causam, quod ex filiali obsequio parentem offendere noluerint, potius præmio dignæ sunt censendæ, quàm negligentia pœnâ coercendæ *Moll. 2. Semestr. c. 6. n. 2. Carpzov. lib. 6. tit. 10. Resp. 101. n. 12. Matth. Berlich. p. 3. conc. 28. n. 62.* Pro quo & hoc facit, quod quamdiu in domo patris sine mensæ separatione, & ita adhuc in potestate patris filia maneat, adversus patrem agere nequeant *l. 4. ff. de jud. l. 4. C. de bon. qua lib.* & ita ipsis agere non valentibus præscriptio currere non valeat *l. 1. §. 2. C. de annal. præscript. Coler. cons. 3. n. 7. 8. Finckelth. d. O. 83. n. 16.* Ut hinc meritò petito filiarum in potestate patris constitutarum deferendum sit, iisque annuendum, ut etiam post annum Geradæ participes fiant. Eandem victoriam obtinentes, sciamus, quod *Norschütz. cons. de Gerada sub rubr. Geradæ weime die*

zuständig S. dargu ist fürhlich requirit, protestatæ non sint. Quia enim citatione solâ interrumpi potest præscriptio, eandem protestatio impedire nequibit. *Moller. d. lib. 2. Semestr. c. 6. v. 5. Magnif. Burch. Berlich. de jur. Noverc. p. 2. art. 2. sect. 6. n. 682. Christ. Philipp. Richter p. 1. decis. 21. n. 57.* Illud hæc in re singularitatem sapit, quod quanquam res mobiles commixtæ cum rebus immobilibus juribusve hæreditarijs præscriptionem triginta annorum anni & diei requirant *Matth. Coler. ad cap. de quarta n. 80. extra de præscript. Petr. Heig. p. 1. qu. 16. n. 31.* Gerada tamen hoc fatale nunquam agnoscat. In possessione quidem defunctæ mulieris reperitur, ejus hæreditarijs commixta rebus; verum cum nil planè commune habeat cum hæreditate, nec jure hæreditario ut cæteræ res mobiles debeatur, sed lege Saxonica deferatur, præscriptioni etiam hæreditatis perpetuæ, quæ locum habet in rebus mobilibus in hæreditate permanentibus, haud obnoxia erit *Carpzov. tract. de jur. foeminar. decad. 6. posit. 8. n. 20. & seqq.*

(c.) Cum consuetudines & statuta localia vim legis habeant, ac juri derogent communi *l. 32. ff. de L. L.* omnis vigor & virtus successionis Geradæ ex istis dependebit. Tutò hinc confugiunt ad consuetudinem & statutum cujusque loci speciale, ceu solidum hujus juris fulcrum, qui de rebus ad cognatam post mortem alicujus mulieris pertinentibus informari cupiunt. Multum autem hæ res variant, pro diversitate locorum diversa succedendi recepta est ratio. Alibi cognatis de portione & jure uberiori fuit prospectum, alibi de minus pleno. *Fribergæ, Cygneæ, Plaviæ* de nullò planè in Geradâ lucrò sibi gratulari habet cognata, cum omnia ibidem à muliere relicta bona pro allodialibus & hæreditarijs habeantur. *Statutu Dresden- sibus cit. wie die Gerade verfället werden soll* filiabus & cæteris descendentibus de omni quidem Geradâ (volle Gerade) consequendâ provisum, reliquis tamen sive ascendentibus sive collateralibus non nisi de Nistelgeradâ, quæ in duabus vestibus pretiosioribus, lecto ab optimo secundo, duobus pulvinaribus, duobus linteaminibus, uno stragulo s. lecti opertorio consistit; reliquis rebus Utensilibus vel marito vel fratribus attributis. Et

hoc æquè ita cognatis indultum legitur Statutis, quæ habentur  
*Pirna, Mühlbergæ*, nisi quod filia vel clericus dimidiam partem  
Geradæ fratribus relinquere necessum habeat. *Vid. Stat. Pirn.*  
*& Mühlberg supra ib. VI. allegat.* Ex statutis, quæ inveniuntur  
*Misena & Lomnitzij* alio jure in successione Geradæ gaudent  
descendentes, alio ascendentes & sorores, alio reliquæ collate-  
rales. Descendentibus conceduntur omnia defunctæ ornamen-  
ta muliebria, supellex ad puerperam spectans, omnes vestes, &  
dimidia cœterarum rerum Geradilium, postquam à patris oe-  
conomiâ se separaverint, patriq; unâ cum alterâ dimidiâ lectum  
pulvinaribus, cervicalibus, lintheaminibus stratum & præpara-  
tum, mensam mappâ & mantili instructam reliquerint, & i-  
stam dimidiam cum fratribus dividere instituerint. Nisi de-  
scendentes illæ unum patrem non habeant; aliàs ipsis omnis  
Gerada, illata tamen, non qq. tempore matrimonij quæsita, ex-  
hiberi debet. Ascendentes & sorores consequuntur omnes  
defunctæ vestes, & dimidiam aliarum rerum Utensilium: reli-  
quæ verò cognatæ duas vestes ab optimis secundas, scil. unam  
pallulam (einem Mandel) // unam cycladem (einem Rock) // le-  
ctum ejusdem bonitatis, duo pulvinaria, duo lintheamina, u-  
num stragulum. Quas species non tantum maritus defunctâ  
uxore ita concedit, sed etiam pater & frater, si diem obierit filia  
vel soror, cæteris speciebus ad Geradam pertinentibus sibi ipsis  
salvis relictis. Et hæc ita obtinent, si aliqua, quæ in matrimo-  
nio est vel fuit, moriatur; alioquin si soluta sit, ipsi ex commu-  
ni harum provinciarum observantiâ succeditur. *Vid. Stat. Misn.*  
*& Lomnitz. supra alleg. Chemnitzij* statutis & descendens & ascen-  
dens & collateralis contenta esse jubetur, veste optimâ, croco-  
tâ ejusdem bonitatis, unâ mitrâ, uno lecto, uno pulvinari, cum  
ipforum lectisternio, uno lintheamine, duobus stanneis patinis.  
Hic *Wittebergæ* cognatæ descendentes & ascendentes totam  
præcipuam habent Geradam, reliquis collateralibus adjudi-  
cantur certæ duntaxat species, ut duæ vestes pretiosiores, unus  
lectus stratus ab optimo secundus, unum stragulum s. lecti o-  
pertorium, duo pulvinaria, duo lintheamina, cantharus puer-  
peræ, vas ex quo jusculum solet comedi, quæ duæ species ar-  
gen-

gentæ, si ejusmodi inveniuntur, esse debent, una mappa & unum mantile, reliquis speciebus penes maritum, patrem vel fratres superstites remanentibus. Statutis, quæ inveniuntur *Lipsiæ*, descendens cognatis omnis Gerada defertur, ascendens & collateralibus non nisi hæc species, duæ vestes pretiosiores (non tamen totales cum omnibus suis requisitis, sed certæ solummodo vestes, vel duæ cyclades, vel duæ crocotæ, aut duæ pallulæ, aut cyclas & crocota) lectus ab optimo secundus, duo pulvinaria, duo linteamina cum stragulo s. lecti operatorio *Carpzov. p. 2. C. 14. def. 52. n. 2. & def. 51. num. 9. 10. 11.* Illud non prætereundum, ex *statuto peculiari Anno 1654. Mens. Dec. die VIII. ab Elect. nostro clementiss. confirmato*, ibidem filijs matre orbatis non elocatis, vel elocatis, viduis tamen mortuis, plenam Geradam cognatæ amplius, uti superioribus temporibus erat *teste Carpzov. p. 2. C. 14. def. 52. num. 3.* non deberi, sed in eadem patrem succedere, relictâ ejus dimidiâ sororibus defunctæ, si adsint, alijs cognatis solâ Niffelgeradâ exhibitâ. Ejus verba non cuivis obvia, cum rem magis illustrent, his non pigebit ascribere: Wann nehmlichen einem Manne sein Weib verstürbet/ und dieselbe verliese eine mit ihm gezeugte unberathene Tochter/ welche hernachmahls gleicher gestald unverehlicher mit tode abginge/ und keine volbürtige Schwester hinterliesse/ so soll derselben Tochter Gerade nicht auff die nächste Niffel/ sondern auff dem leiblichen Vater fallen/ jedoch daß er gedachter Niffel die bey der Statt Leipzig gewöhnliche Niffelgerade hiervon ausandwordte/ Würde auch eine Verehliche Tochter nach ihres Mannes Absterben in Wittbenstande ohne Tochter Todes verfahren/ so soll derselben Gerade gleicher gestald ausser der Niffelgerade auff dem Vater verfället werden. Daserne aber die Tochter eine oder mehr halbbürtige Schwestern von der Mutter nach sich verliese/ sollen dieselben neben dem Vater die volle Gerade ohne abzug der Niffelgerade zu gleichen theil haben und behalten. Alijs in locis receptas consuetudines & statuta super hæc re cuivis diligentissimæ cognitioni & investigationi committimus. Ubi tamen lectorem admonendum volumus, ex consuetudine vicinæ civitatis, aut vicinæ præsumi eandem vigere consuetudinem in propin-

quo & vicino loco, vel vigere debere, donec contrarium pro-  
betur *Canonist. in cap. cum olim extra de consuetud. Wesenbec p. 3*  
*Conf. 139. n. 37. 38.* & si aliquo in statuto cognatae indeterminatae  
promitterentur species, easdem mediocri bonitatis esse oportere  
*gl. Land R. lib. 3. art. 38. lit. g.* Quin & ipsi vellicandae aures de  
eo sunt, non illius loci attendi debere statuta, quo vel Gerada  
existit, vel de ea danda fuerit conventum, vel ubi mulier diem  
obiit, sed quo habitationis domicilio vel ipsa, si soluta sit,  
vel maritus ejus, si maritata, usus fuerit *juxta tradita Wesenb. p.*  
*5. Conf. 206. n. 26. Dan. Möller. p. 3 C. 38. n. 10. Carpzov. p. 2. C. 14. def.*  
*54.* Ex quo enim mobilia, qualia etiam Utensilia bona, quasi  
ossibus domini adherere finguntur *l. Cajus de legat. 2. l. Mercat-*  
*tores C. de commerc. & de loco esse censentur, ubi defuncta ha-*  
*buit domicilium Coler. de P. E. p. 1. c. 3. n. 244.* jura autem, forum,  
& domicilium uxorata ibi sortiatur, ubi maritus habitat *l. 65. ff.*  
*de judic. l. 19. ff. de jurisd. l. 9. C. de incol. jurisdictioni qq. ejus loci*  
*subiint, & secundum illius leges regulentur oportet Hartm. Pi-*  
*stor. O. 55. Andr. Rauchb. p. 1. qu. 17. n. 3. & seqq.* Hanc tamen limi-  
tatione ac restrictione adhibitam in bonis Utensilibus ad certum  
locum deputatis, ut sunt oves ad certi praedij agros stercoran-  
dos destinatae *Rauchb. d. l. n. 12.* vel cum bonis immobilibus de-  
functae alibi repertis *Hartm. Pistor. d. Obs. 55. num. 6.* propterea,  
quod tunc de jurisdictione ejus loci, ubi sita sunt, reputentur.  
*Carpzov. p. 3. C. 12. def. 15.* Consecrarium hinc illud, si mulier in-  
cola istius civitatis fuerit, ubi mortua est & habitavit, cogna-  
tam ejusdem Geradam percipientem statuta istius loci con-  
stringere, secus si ibidem ut forensis vixerit. *Carpz p. 2. C. 14. def.*  
*53.* Cum enim is incola dicatur, qui in aliquem locum suum  
contulit domicilium *l. 239. §. 2. ff. de V. S. & larem ita constituit,*  
unde rursus, si nihil avocet, non sit discessurus *l. 7. C. de incol.*  
forensis vero & advena prius suum non amisisse, aliudque in  
loco, quo commoratur, constituisse domicilium censeatur.  
*Mascard. de probat. concl. 535. n. 26.* sane juxta regulam supra da-  
tam, in successione Geradae statuta domicilij attendenda esse  
cognata succedens mulieri incolae, istius civitatis, in qua incola  
s. civis adscititia fuit, obligabitur statutis, succedens vero mu-  
lic-



lieri forensi, statutis loci, in quo prius habitavit. Animadver-  
tendum autem hic, si mulieris defunctæ maritus vel ipsa alibi  
commorata sit, non tamen magistratûs oppidani, sed alterius  
magistratûs jurisdictioni subjecta fuerit, secundum statuta civi-  
tatis istius, ut verum illud maneat, à pari procedere forum for-  
tiri & statutis ligari, Geradam proximæ cognatæ deferri non de-  
bere. Hinc cognatæ succedentes viduis aut filiabus innuptis  
clericorum & professorum in universitatibus, consiliariorum  
& officialium Electoris in aulâ, vel præfecturæ immediatè in  
civitatibus provincialibus parentum, Geradam juxta civitatis  
statuta sumere non tenebuntur, sed vel secundum magistratûs,  
cui demortua paruit, peculiare consuetudines, vel si hæ defi-  
ciant, secundum jura communia provincialia *Carpzov. p. 3. C. 12.  
def. 16.* Modò clerici isti & ministri Ecclesiarum, quod probè  
notandum, in Academijs sint; consiliarij & officiales in aula  
principis suum obtineant domicilium. Alioquin si clerici  
extra Academijs vivant, consiliarij & officiales Electoris alibi  
domicilium foveant, tunc nihil causæ erit, quin cognatæ peti-  
tio respectu Geradæ conformis civitatis statutis esse debeat *arg.  
eorum quæ tradit Carpzov. lib. 2. tit. 2. Resp. 13. & in Consistor. lib. 3.  
tit. 1. def. 8. & in præjudicio ibidem.*

### *Thesis XVI.*

Deficientibus cognatis o-  
mnibus (a.) vel non capacibus  
(b.) ad Fiscum (c.) Gerada (d.) de-  
volvitur.

(a.) Quamdiu enim alij hæredes existant, fiscus non suc-  
cedit *l. 1. & l. 2. C. & ff. de jur. fisc. §. 7. Inst. de legit. agnat. success.* Ad  
quem verò gradum usque collaterales cognatæ ad Geradæ per-  
ceptionem admitti debeant, non constat. In infinitum si istas  
vocaremus, veremur ne impedimento nobis sit *art. 3. lib. 1. & X.  
Verb.*

verb. die Slep endet sich in den siebenden Glied &c. Verior tamen nihilominus hæc sententia quam generali consuetudine in Camera qq. Imperiali receptam tradit Simon Ulric. Pistor. in addit. ad Hartm. Pist. l. 2. O. 19. lit. n. & quam in pronunciando nostrates sequuntur Georg. Schulz tract. de arbor. consang. cap. 10. memb. 3. n. 56. & 58. & seqq. Nec nocebit telum, ex d. art. 3. lib. 1. Land R. qui petere satagit, fortiori victus observantiæ, à quâ omnis dispositio Saxonica verificatur, & suum recipit vigorem, contrariæ armaturâ. Præsertim cum & art. 19. ejusd. libr. contrarium expressè decisum ibi als fern es immer ausrechnen &c. & à Scabinis ita reperiatur responsum in sentent. post Land R. sub tit. von Succession uff Erbgütern &c. S. wann auch gar keine Verwandten fol. mih. 543.

(b.) Pari enim passu ambulant, hæredem non extare, aut extare quidem, sed incapacem arg. l. 4. C. de bon. vocant. §. 5. Inst. de hæred. que ab int. l. 6. ff. qui satisd. cog. gl. germ. l. 1. art. 28. Land R. verb. was solches dinges. Hinc si cognata superstes, quod vel in illâ provinciâ, ubi Gerada prorsus incognita, vivat & simul hæres defunctæ non existat, vel in illo loco, ubi Geradæ exportatio non conceditur, degat, jure retortionis excludatur, ad fiscum Gerada transit. Non aliter tamen, nisi & alibi nullam habilem defunctæ cognatam habeat: alias ipsi restituenda esset Constit. 38. p. 3. §. dieweil sich verb. jedoch nicht der gestald Moller. ibi. num. 7. Berlich. p. 3. concl. 51. num. 35. Andr. Rauch. q. 19. p. 2. n. 8. Eodem ex fonte promanat veritas assertionis, quod in Geradâ, quam cognatæ intra annum & diem non petierint, succedere debeat filcus. Cum enim elapso anno & die cognatæ actiones ad petitionem Geradæ competentes amittant, & ideò incapaces fiant, non possunt non tanquam planè non existentes à fisco excludi imò expressè excludi, jubentur Land R. lib. 1. art. 28. Finckelth. Obs. 81. num. 50. & seqq.

(c.) per art. 28. lib. 1. Land R. Weichb. art. 59. Constit. Elect. 38. §. ult. p. 3. Hartm. Pist. lib. 1. qu. 33. num. 20 Per fiscum autem intelligimus magistratum, qui jurisdictionem altam s. supremam habet (die Obergerichte) / non cui hæreditaria s. bassa (die Untergerichte) competit gl. dict. art. 28. lit. b. in init. gl. art. 59. Weichb.

n. 2

n.2. Ex quo enim potestati regiae (der Königlichen Gewalt) ad hoc concedi jubetur, ut lucro ejusdem signa jurisdictionalia, patibula, numella, compedes, pilæ ad combustionem deputatæ, murum decollationi destinatum, & id genus alia ad conservationem justitiæ necessaria conserventur & exstruantur, ministri publici maleficijs vindicandis sustententur *gl. ad d. 28. lib. 1. lit. b. & gl. art. 59. Weichb. n. 4. & 5.* soli magistratui, qui merum imperium exercet, eandem attribuere harum provinciarum, consuevit observantia *Coler. de P. E. p. 1. c. 3. n. 275. Schneidew. tit. Inst. de hered. quæ ab int. rubr. de success. Fisc. n. 17. Finckelth. O. 81. num. 32. & 55. Carpzov. p. 2. C. 14. def. 61. num. 3. & 4.* Maximè quod aliàs illa ipsa consuetudo ijs tantum, qui superiorem jurisdictionem habent, jus confiscandi concedat. *Schneidw. d. l. num. 8. in fin.* Spectat autem Gerada ad illum magistratum, sub quo defuncta habuit domicilium, non in cujus territorio mortua est *Carpzov. p. 3. C. 38. def. 16.* Cujus ratio in eo consistit, quod res mobiles domicilio adhaereant, inque eas iudex domicilij jurisdictionem habeat *l. 35. §. 3. ff. de hered. instit. Coler. de P. E. p. 1. c. 3. n. 253 254. Andr. Rauchb. p. 1. qu. 17. num. 30. & seqq.* Quis fiscus sit, quando mulier pastoris vel Ecclesiæ ministri absq; cognatis decedat, tradit *Carpzov. lib. 3. tit. 1. def. 9. in Consistor.* Illud ex statutis, quæ Misenæ & Lomnitzij vigent, hic annotare lubet, in Geradâ plus ducentis florenis valente non succedere Senatam, sed Electorem serenissimum *Vid. Stat. eorund. locor.*

(d.) Scilicet ea, quam aliàs cognata collateralis, cui substituitur, percipere habuisset. Inde etiam Gerada semper cum oneribus suis ad Fiscum veniet, iisdemque conditionibus is parere tenebitur, quibus cognata, ad quam aliàs pervenisset *arg. l. 60. §. 1. ff. de condit. & demonstrat.* Ex statutis, quæ inveniuntur Misenæ & Lomnitzij, hoc sciendum, Fiscum ibidem eas species consequi, quas descendentes unum patrem habentes accipiebant.

### *Thesis XVII.*

Diffolvitur Gerada per-  
transitionem ad masculos (a.),

L

per

per venditionem <sup>(b.)</sup>, per con-  
flationem <sup>(c.)</sup>, per specificatio-  
nem <sup>(d.)</sup>

(a.) Constitutio Geradae, & constitutæ natura & qualitas  
quænam sit, ex traditis thesauris præcedentium satis perspicu-  
um. Nunc brevissimis qq. consideranda occurrit ejusdem  
dissolutio. Naturam itaque suam Gerada amittit, quando à vi-  
ris incipit possideri. Cum enim suum esse, qualecunque est,  
soli mulierum debeat possessioni, prout diximus *th. III. lit. e.* &  
*th. VII*, eò ipsò res ad Geradam pertinentes à masculis posses-  
sas, qualitatem Geradicam induere negatur. Sive igitur per em-  
ptionem, sive per donationem, sive per successionem rerum  
Geradilium participes fiant masculi, in ipsorum personis ta-  
men istæ effectum alioquin habere solitum non gignunt, nec  
post se relinquunt *Dan. Moller. 2. Semestr. cap. 6.*

(b.) Vendita Gerada si fuerit vel patri, vel marito, vel alteri  
alicui, & ita in promptam pecuniam conversa, quæstio est, num  
pecunia ista ad cognatam, an verò ad ipsos allodialium hære-  
des devolvatur? Geradae naturam non sapere, sed allodiale ac  
hæreditarium quoddam esse, si dixerimus, periculum est, mul-  
tum favori vel lucro, quod ex bonis utensilibus cognatæ sperant,  
haud parum præjudicetur. Ac quo minus affirmativum cui-  
quam arrideat, decisum, impedimento videtur esse, quod in uni-  
versalibus pretium succedat loco rei *l. 22 in fin. l. 25. §. 1 ff. de per-  
her. quale universum etiam Gerada est, cum in universitate cer-  
tarum rerum consistat. Verum nihilominus placet asserere, Ge-  
radam ita venditam naturam suam amittere, nec surrogatum  
pretium ejusdem sapere qualitatem. Et hoc non absque satis  
probabili ratione: Cum enim pro Geradâ *art. 24. lib. 1. Land R.  
& art. 23 Weichb.* pecuniam adeò non reputent, ut ad hæredi-  
tatem pertinere *art. 58 Weichb. verb. alles Geld gl. Weichb art. 23.  
n. 13. vers. uno die Gerade doch nicht verwandelt & gl. ad art. 24.  
lib. 1.**

*lib. 1. Land R. lit. 9. disertè etiam dicant, & aliàs rei specie mutua,*  
res ipsa mutari & extinguì dicatur *l. 9. §. 3. in fin. ff. ad exhib. istam*  
in Geradam computare, adeoque statutum strictè non inter-  
pretari non possumus *Pfeil Cons. 9. n. 7. Wes. p. 4. Cons. 168. Jacob.*  
*Schult. in addit. ad Mod. Pist. p. 1. q. 21. Resol. quast. Scabin. Lips. u.*  
*17. Finckelth. O. 48. n. 15. 16. Carpz. p. 3. C. 30. def. 13.* Hinc etiam re-  
spondetur, daß die außenstehende Schulden vor vereuserde Ger-  
radestücke schon ins Erbe gehören / prout ex sententijs *Harm.*  
*Pistor p. 1. qu. 32. annexis in proclivi videre est.* Nec aliqua hic  
efficacia tribuenda regulæ *Jctorum*: surrogatum sapit natu-  
ram ejus, in cujus locum surrogatur. Ut enim operationem istà  
concedere necesse habemus in rebus universis, ut universitas,  
& quidem ab injusto possessore s. à non dominò venditis; ita  
eidem omnem efficaciam & vim in rebus à dominò verò sin-  
gulatim, vel omnibus quidem conjunctim, ad æstimationem  
tamen rerum singularum distractis, denegamus *l. 48. §. fin. l. 52. §.*  
*17. ff. de furt. l. 38. §. 2. ff. de noxal. action. l. 7. in fin. ff. qui pot. in pigu.*  
*Jacob. Schultes in Modest. Pist. quast. 5. n. 22.*

(c.) Scilicet quando catena vel armilla conflatur. Massa  
enim illa ad Geradam non pertinet, sed ad res hæreditarias *lib. 1.*  
*Land R. art. 24. verb. aber ungewirckel Gold und Silber gehöret die*  
*Frauen nicht an & ibi gl. germ. n. 3 Weichb. art. 26. pr. alles Gold*  
*und Silber &c.* Etiam si ad hoc destinata sit, ut alia inde spe-  
cies ad Geradam pertinens conficiatur, & antequam fiat, muli-  
er decedat, quia adhuc aurum rude, & ad ornamenta mulie-  
bria non elaboratum (*ungewirckel Gold art. 24. lib. 1. Land R.*)  
cui ad Geradam non pertinenti sola mulieris voluntas & inten-  
tio qualitatem rerum Geradicium dare nequit. *Carpzov. p. 2. C.*  
*30. def. 15.*

(d.) Nempe quando species alioquin ad Geradam perti-  
nens in aliam speciem non Geradicam transformatur. Exem-  
pli loco sit, si ex catenâ aureâ vas pitorium vel escale fiat. Cum  
enim ejusmodi species ad hæreditatem referantur, ad Geradam  
amplius, naturâ Geradicâ depositâ, pertinere nequeunt.

L 2

Ibes.

217 1047  
Thesis XVIII.

# Affinia Geradae sunt res expeditoriae & Feuda.

Non tantum, quod Gerada ad damni, cuius causa existit foemini in istis denegata successio, refectionem fuerit adinventata *th. V supra*, sed quod in jure nostro Saxonico etiam a Gerada ad res expeditorias & feuda frequens ac probabilis sit arguendi modus *gl in art. 19. & and R. lib. i. lit. c. & in art. 24. verb. nach dem Heergereche lib. 1. Carpz. p. 2. C. 13. def. 13. Berlich. p. 3. Concl. 17. n. 23. Jacob. Schultes in addit. ad Modest. Pistor. p. 1. qu. 21. n. 13. & qu. 31. num. 10. 11.* Plura hic essent dicenda, eaque quae ipsum loquacem delassare valerent Fabium; verum manum de tabula! Cum enim portum videam, illudque navigantium Typographum ad meas aures obgannire percipiam, TERRAM TERRAM, ideoque

*Anchora de prorâ jacitor, stent littore puppes.*

Et hæc sunt illa, quæ de amplâ hâc & incultissimâ Geradae materiâ in medium afferre ingeniolum meum permisit. Plura potuissent, debuisse etiam fortè; sed & accuratiora: verum ab alio, qui non in subsellijs auditorum hæret. Ego si in his meis primitijs subtiliorem limam & penicillum non adhibuerim, eò facilius veniam me impetraturum confido, quo propius talia negligere ab ingenio abest juvenante.

IMMORTALI DEO  
IMMORTALES AGO GRATIAS.

1017

(a) Democri-  
eus. Valer.  
Max. lib. 8. c.  
7. § 1. 4.

(b.) Scil. pri-  
mo prima In-  
dictionis lu-  
stro dabatur  
ferrum, ar-  
gentū secū-  
do, tertio as-  
tum.

Ob je  
Der  
Nun  
Gera  
Die  
Del  
Dir m

1

2

3

4

5

6

7

8



elehrte bühne  
Gerade diene;  
de lohnung ein  
gewette seyn.  
en Freunde  
D. K. B.

ebtem breñen  
e zugebracht/  
ch nicht fund  
olte niemand

der nennen  
Elb-Strands  
n vorbedacht  
gönnen.  
Haidenreich?  
und zugleich  
ze nicht drey

Eisen/Silber/  
(6)  
Römer-Gold  
lmen lohnen.  
fellen/ und viel.  
hen Freund  
on Zwickau/  
ten ergebener.

